πραγμάτων ὁποῦ ἐπρολέγοντο· ἀμὴ εἰς τὴν νέαν διαθήκην εὑρίσκεται ὁ νοῦς τῶν λεγομένων, καλὰ καὶ μὲ κόπον. Ψεύδονται λοιπὸν οἱ Λουτεραῖοι, καὶ τοὺς ἐπιστομίζει ὁ Χρυσόστομος. καὶ δὲν εἶναι ἄλλο τοῦτο ὁποῦ λέγουσιν, ὅτι ἡ θεία γραφὴ εἶναι φανερή, μάλιστα οἱ τόποι ἐκεῖνοι μὲ τοὺς ὁποίους ἀποδείχνομεν τὴν πίστιν μας· παρὰ μία βλάσφημος ἀντιλογία πρὸς τὰ λόγια τοῦ Ἀποστόλου εἰς τὴν πρώτην πρὸς Κορινθίους καὶ εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους· Μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες διερμηνεύουσιν; ἀλλὰ ὁ Λουτέρος μὲ τὸν Γεργαόνι του λέγει, πάντες προφῆται, πάντες διδάσκαλοι· ὅτι πρὸς ὅλους εἶναι φανερὴ κατ᾽ αὐτοὺς ἡ γραφή.

Καὶ ἐπειδὴ καθὼς ἐπαράγγελλεν ὁ Ἀπόστολος εἰς τὴν πρὸς Τιμόθεον πρώτην ἐπιστολήν· οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ· οἱ ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ εἶχασι τοὺς διδασκάλους, μάλιστα διὰ τὰ δόγ-

tiatarum euentu nondum expleto. At in nouo sensus dictorũ capitur, quãquam non sine labore. Mentientes ergo Lutheranos arguit Chrysostomus. Nec enim quod asserunt Scripturam esse planam; præsertim illa Scripturæ loca, per quæ fidem probamus; aliud est, quàm blasphemando contradicere verbis Apostoli ad Corinthios, itemque ad Ephesios: Numquid omnes Prophetæ? numquid omnes interpretantur? At Gerganus cum suo Luthero; Sint omnes, inquit, prophetæ; sint omnes interpretes: Scriptura enim per ipsos aperta est omnibus.

1. Cor. 12. 24.
Ephes. 4. 11.

Sed quia iuxta mandatum Apostoli primæ ad Timotheum; Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur; maxime qui laborant in verbo & doctrina: Dei Ecclesiæ Doctores habebant, præsertim ad explicãda dogmata, vt exponit Chry-

Cap. 5. 17

Chrysostom. Et liquet ex historia Eusebij, Doctores huiusmodi extitisse Alexandriæ Pantænum, Clementem Alexādrinum, & Origenem. Imo addit Eusebius; Iam olim à priscis tēporibus tales fuisse illic Doctores vsq. ad eius tēpora; vt plane cōsentaneū sit, hunc morē duxisse originem à tempore Apostolorū: testāte quoq. S. Hieronymo, vbi de Pantæno agit; Ecclesiasticos Doctores Alexandriæ à Marco Euangelista semper fuisse. Et S. Epiphanio ad finē libri iij. contra hæreses numerāte inter officia ecclesiastica interpretes siue in lectionibus, siue in Homilijs. Quia, inquam, mos hic seruabatur, necesse omnino est Gergani dictū, Quòd Scriptura sit facilis, esse contra sensū Apostolorū, & catholicæ Ecclesiæ, & SS. Patrum: Cùm à tēpore Apostolorum fuerint in Ecclesia Doctores ad enodādas difficultates. Nunquam ergo fuit habita Scriptura plana & facilis.

In lib de Scriptor. Eccles.

δόγματα, καθὼς ἐξηγᾷ ὁ Χρυσόςομος· Καὶ ἀπὸ τὴν ἱςορίαν τοῦ Εὐσεβίου εἶναι φανερὸν, ὅτι τοῦτοι διδάσκαλοι ἐςάθησαν εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν ὁ Πάνταινος, Κλήμης ὁ Αλεξανδρεὺς, καὶ Ωριγένης· καὶ λέγει ὁ Εὐσέβιος, ὅτι τέτοιας λογῆς διδάσκαλοι ἦταν ἐκεῖ παλαιόθεν ἕως τὸν καιρόν του· καὶ εἶναι ἀκόλουθον να ἦσαν ἀπὸ τὸν καιρὸν τῶν Αποςόλων, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ιερώνυμος εἰς τὸν κατάλογον τῶν ἐκκλησιαςικῶν συγγραφέων. Καὶ ὁ ἅγιος Επιφάνιος εἰς τὸ τέλος τοῦ τρίτου βιβλίου κατὰ αἱρέσεων μέσα εἰς τὰ ἐκκλησιαςικὰ ὀφφίκια βάνει τοὺς ἑρμηνέας εἰς ταῖς ἀνάγνωσες καὶ ταῖς ὁμιλίαις· ἀναγκαῖον εἶναι, ὅτι ἡ γνώμη τούτη, πῶς ἡ θεία γραφὴ εἶναι φανερὴ, νὰ εἶναι ἐναντία τοῦ Χριςοῦ, τῶν Αποςόλων, καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν διδασκάλων· ὅτι διὰ τὰ δύσκολα εἶναι χρεία διδασκάλων. καὶ αὖ ἦσαν ἀπὸ τὸν καιρὸν τῶν Αποςόλων διδάσκαλοι τῆς θείας γραφῆς, δὲν εἶναι φανερὴ ἡ θεία γραφή. Βεβαιώ-

βεβαιώνει το καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος εἰς τὸν λόγον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅπου λέγει· Ὅτι ἐκεῖνοι ὁποῦ μετέρχονται τὴν θείαν γραφὴν μὲ προθυμίαν, καὶ ἀνοίγοντας τὸ γράμμα βλέπουσι μέσα τὴν χωστὴν εὐμορφίαν μὲ φώτισιν καὶ λάμψιν νοητικήν, γνωρίζουσιν τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἂν ἦτον φανερὴ ἡ θεία γραφή, καὶ μάλιστα οἱ τόποι μὲ τοὺς ὁποίους δείχνομεν τὴν πίστιν, δὲν ἔλεγεν ὁ ἅγιος, ὅτι τὸν νοῦν τῆς γραφῆς τὸν βλέπουσιν ἐκεῖνοι ὁποῦ ἀνοίγουσι τὸ γράμμα, καὶ εὑρίσκουσι τὴν εὐμορφίαν ὁποῦ εἶναι θησαυρισμένη, ἐπειδὴ ἐμίλιεν ὁ ἅγιος διὰ τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν τότε πολεμουμένην. Καὶ ὁ σοφὸς μαθητὴς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ὁ θεῖος Ἱερώνυμος δὲν ἤθελεν γράφει, ὅτι τὰ φαινόμενα εἰς τὴν γραφὴν ὡς φανερὰ ἔχουσι πολλὰ ζητήματα· καὶ ὅτι οἱ συλλαβαῖς καὶ οἱ στιγμαῖς εἰς τὴν θείαν γραφὴν γέμουσι νοήματα.

Καὶ εἰς τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Παυλῖνον δὲν ἤθελε κατη-

γορεῖ

Hoc idem confirmat Nazianzenus in Oratione de Spiritu ſancto; Illis enim, inquit; qui ſacram Scripturam diligenter euoluunt, amotoq. literæ velo introſpiciunt reconditam pulchritudinem mente interius illuſtrata, non eſſe obſcuram ſancti Spiritus diuinitatem. Si plana eſſet ſacra Scriptura, præſertim loca, quibus fidei veritatem oſtendimus; nō diceret Gregorius; Ab ijs inſpici ſenſum Scripturæ, qui velamen literæ amouent, & latentem reperiunt pulchritudinē. Agebat enim præſtantiſſimus Doctor de diuinitate Spiritus, quæ tūc temporis controuerſa erat. Similiter eruditiſſ. Naziāzeni auditor Hieronymus non diceret exponens xv. Matthæi caput: Etiam quæ plana videntur in Scripturis, plena ſunt quæſtionibus. Et; Singuli ſermones, ſyllabæ, apices, puncta in diuinis Scripturis plena ſunt ſenſibus. Non conquereretur in epiſtola ad Paulinum;

Quòd absq. doctore nemo possit esse quod cupit in quauis arte: sola, inquit, Scripturarum ars est, quā sibi omnes passim vēdicāt. Scribimus indocti doctiq. poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hāc vniuersi presumūt, lacerant, docent antequā discant. Et magnus Pater Augustinus non scriberet ad Volusianum; Tantam esse christianarum profunditatē literarum, vt in eis, inquit, quotidie proficerem, si eas solas ab ineūte pueritia vsq. ad decrepitā senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. Non quò ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tāta in ea perueniatur difficultate; sed cum quisq. ibi fidē tenuerit; sine qua pie recteq. non viuitur, tā multa, tamq. multiplicibus mysteriorū vmbraculis opaca intelligēda proficientibus restant: tantaq. non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus

quæ

Tom. 2. epist. 3.

γορεῖ, ὅτι ὅλως ταῖς ἄλλαις τέχναις ταῖς ἐπαγγέλλονται μόνοι ἐκεῖνοι, ὁποῦ ταῖς ἔμαθαν· μόνη λέγει, ἡ θεία γραφὴ ἔχει ὅλους ἐξηγητὰς καὶ ἑρμηνέας, καὶ καλοὺς καὶ κακοὺς, καὶ σοφοὺς καὶ ἀσόφους δίχως προηγουμένην μάθησιν. Καὶ ὁ μέγας πατὴρ ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος γράφοντας πρὸς Βολουσιανὸν· Τόσον εἶναι λέγει τὸ βάθος τῆς γραφῆς τῶν χριστιανῶν, ὅτι εἰς αὐτὴν ἐμπόρουν νὰ καρποφορῶ πᾶσαν ἡμέραν, ἂν ἤθελα μόνον σπουδάζει ἐκείνην ἀπὸ παιδὶ ὡς τὸ ἔσχατον γῆρας μὲ πολλὴν ἡσυχίαν, μὲ κόπον προσεκτικώτατον, μὲ καλλίτερον νοῦν. ὄχι διὰ νὰ εἶναι τόσον πολλὴ δυσκολία νὰ μάθῃ τινὰς τὰ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν, ἀλλ' ὅτι ἀφ' οὗ κρατήσῃ τινὰς ἐκεῖ τὴν πίστιν, δίχως τὴν ὁποίαν δὲν ζῇ ὁ ἄνθρωπος μὲ εὐσέβειαν καὶ ὀρθότητα, εἶναι τόσα καὶ τόσα τὰ μυστήρια, καὶ τόσον ὕψος σοφίας καὶ εἰς τὰ λόγια καὶ εἰς τὰ νοήματα, ὁποῦ συμβαίνει νὰ ἀληθεύῃ καὶ τῶν ἐσχατογήρων, καὶ τῶν ἀγχινουστάτων, καὶ σπουδαιοτάτων ἐκεῖνο ὁ-

ποῦ

ποῦ λέγει ἡ γραφὴ· ὅτι σὰν τελειώσῃ ὁ ἄνθρωπος, τότε ἀρχίζει.

Ἰδοὺ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ γνώμη, πῶς δὲν εἶναι εἰς τὴν θείαν γραφὴν δυσκολία, καλὰ καὶ ἕνα μέρος νὰ εἶναι δυσκολώτερον ἀπὸ τὸ ἄλλο. Καὶ λέγοντας ὁ ψευδοκατηχητὴς τὸ ἐναντίον μάχεται ὡς εἴπαμεν, μὲ τὴν θείαν γραφὴν, μὲ ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, μὲ τοὺς ἁγίους πατέρες καὶ διδασκάλους· βάλλει ἀδιαφορίαν καὶ ἀταξίαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ὅλους κάμνει κριτάδες καὶ διδασκάλους· καὶ ἀκολούθως δίδει ἄδειαν πᾶσα εἷς νὰ νοᾷ τὴν πίστιν, καθὼς τοῦ φαίνεται.

quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapientiæ; vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimisq. cupiditate diſcendi hoc contingat, quod eadē Scriptura quodam loco habet: cum consummauerit homo, tunc incipit. *Ecclesiastici 18. 26.*

En ſanctorum Patrum ſententia, quod Scriptura nō ſit manifeſta, licet quædam in ea difficiliora ſint, quædam minus difficilia. At Pſeudocatechiſta dum aſſerit oppoſitum, contradicit, vt dictum eſt, ſacræ Scripturæ, Concilijs generalibus, & ſacris Eccleſiæ Doctoribus; tollit ordinē & officiorum in Eccleſia diſtinctionem; omnes cōſtituit iudices & magiſtros; proinde licentiam omnibus dat ſentiendi de rebus fidei, prout libuerit.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Δ.

Ὅτι ἐξηγητὴς τῆς ἁγίας γραφῆς εἶναι αὐτὴ ἡ ἁγία γραφή, ὡς τὸ λέγει τὸ ἅγιον πνεῦμα· Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου. καί, ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA IV.

Quòd interpres sacræ Scripturæ est ipsa Scriptura; dicente Spiritu sancto: Lucerna pedibus meis lex tua. &, Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter quàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

REFVTATIO.

Hvius quartæ blasphemiæ prauitas palam fit è tertia. Nam si lucerna non sufficit, sed necessaria est menti à Deo facultas conspiciendi lucernam; certum est non sufficere, vt Scriptura sit Scripturæ interpres; sed requiri, vt Scripturæ per Scripturam interpretatio percipiatur ab homine

Ἀπὸ τὴν τρίτην βλασφημίαν καταλαμβάνεται ἡ παροῦσα τετάρτη. ὅτι ἂν δὲν ζάνει ὁ λύχνος, ἀλλ' εἶναι ἀναγκαῖον νὰ φωτίζῃ ὁ θεὸς τὸν νοῦν μερικὰ διὰ νὰ βλέπῃ τοῦτον τὸν λύχνον, τὸ λοιπὸν δὲν σώνει νὰ εἶναι ἐξηγητὴς τῆς γραφῆς ἡ γραφή, ἀλλὰ κάμνει χρεία, ὅτι τὴν ἐξήγησιν τῆς γραφῆς ἀπὸ τὴν γραφὴν νὰ τὴν καταλαμ-

λαμβαίνῃ ἄνθρωπος ὁποῦ νὰ ἔχῃ τὴν ὁδηγίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ αὐτὴ γὰρ φέρει τὸν τόπον τοῦ ἁγίου Παύλου· ἐπειδὴ ὁ Ἀπόστολος ἀναθεματίζει ἐκείνους ὁποῦ διδάσκουσιν ἄλλο εὐαγγέλιον ἀπὸ ἐκεῖνο ὁποῦ αὐτὸς ἐδίδαξεν· ὡσὰν τὸν Ἄρειον, τὸν Μακεδόνιον, τὸν Νεστόριον, τὸν Λουτέρον, τὸν Καλβῖνον, καὶ τοὺς ὁμοίους. ἀμὴ τοὺς γνησίους ἐξηγητάδες τοῦ εὐαγγελίου, οἱ ὁποῖοι φανερόνουσι καὶ ξεσκεπάζουσι τὰ μυστήρια ὁποῦ περιέχει τὸ εὐαγγέλιον, λέγει ὁ Ἀπόστολος καθὼς εἴπαμεν, ὅτι εἶναι ἄξιοι διπλῆς τιμῆς. καὶ τοῦτο εἶναι, ὅτι ἡ θεία γραφὴ νὰ λεγᾶται ἐξηγητὴς τῆς ἑαυτῆς της, ὅταν συμβιβάζωνται ἀπὸ τοὺς διδασκάλους οἱ τόποι τῆς γραφῆς διὰ νὰ μὴ διαφωνοῦσιν. ἀμὴ κατὰ τὸν Γεργάνον λέγοντας ἡ γραφὴ, λύχνος τοῖς ποσί μου, λέγει ὅτι φανερὴ εἶναι ἡ γραφή· καὶ εἰς τὸν ὅμοιον ψαλμὸν λέγοντας πάλιν ἡ γραφή· συνέτισόν με καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου· λέγει νὰ εἶναι δύσκολη ἡ γραφή· ὅθεν ἕνας τόπος ἐναντιᾶται

habente vim intelligendi à Spiritu sancto. Quare ineptè citat locum Pauli. Ferit enim Apostolus ibi anathemate eos qui præter illud, quod ab ipso prædicatũ fuerat, aliud Euangelium prædicát, vt Ariũ, Macedonium, Nestorium, Lutherum, Caluinum, & similes. At germanos Euangelij interpretes, explanantes exponentesque abditos sẽsus, laudat Apostolus, & duplici honore vult esse dignos. Et hoc est, Scripturam esse sui interpetem, dum Scripturæ loca demõstrãtur à sacris Doctoribus nequaquam pugnantia, sed inter se cohærentia. At iuxta Gerganum dũ ait Scriptura; Lucerna pedibus meis lex tua: docet Scripturam esse manifestam. Rursus dum Scriptura eadem dicit eodem psalmo: Da mihi intellectum, & discam mandata tua: indicat, Scripturam non esse facilem: Vt plane iuxta Gerganum Scriptura sibi non constet. Itaque

1. Timot. 5. 17.

apud Lutherum & Gerganum Scriptura non est Scripturæ interpres: sed apud illum, cui promisit Christus non deficientem fidei veritatem, & illuminantem à Spiritu veritatis reuelationem; qui in cunctis generalibus Concilijs, &
10 quouis tempore exposuit & exponit perplexa, quæcumque obiecit & obijcit prauitas hæreticorum.

τιᾶται τοῦ ἄλλου. Δὲν εἶναι τὸ λοιπὸν ἡ γραφὴ τῆς γραφῆς ἐξηγητὴς εἰς τὸν Γεργανὸν καὶ τὸν Λουτέρον, ἀλλ᾽ εἰς ἐκεῖνον, τοῦ ὁποίου ἔταξεν ὁ Χριστὸς τὸ ἀπλανὲς τῆς πίστεως καὶ τὴν φώτισιν καὶ ὁδηγίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὁπου εἰς ὅλαις ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδαις ἐκ πάντα καθαρὸν ἐξήγησε καὶ ἐξηγᾷ τὰς δυσκολίαις ὅλαις, ὁπου ἐγέννησε καὶ γεννᾷ ἡ κακογνωμία τῶν αἱρετικῶν.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Ε.

Οτι δὲν εἶναι ὁ Πάπας ἐξηγητὴς τῆς ἁγίας γραφῆς, διατὶ εἶναι κακῆς γνώμης· οἱ ἅγιοι πατέρες ναὶ εἶναι.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA V.

Papa non est interpres sacræ Scripturæ, cum peruerso sit animo. Sanctos Patres fatendum est esse interpretes.

REFVTATIO.

ΑΝ ἡ θεία γραφὴ εἶναι ἐξηγητὴς τῆς ἑαυτῆς της, τίς χρεία τῶν ἁγίων πατέρων; ἀλλ' ἐξ ἐναντίας εἰς τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην ὁμιλίαν τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου λέγει ὁ Χρυσόστομος· Αν ὁ Χριστὸς εἶπε τῷ Πέτρῳ, ἀκολούθει μοι· πῶς ἔλαβεν ὁ Ἰάκωβος τὸν θρόνον τῶν Ἱεροσολύμων; ὅτι λέγει, τὸν Πέτρον ἐχειροτόνησεν ὄχι τοῦ θρόνου, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον. λοιπὸν κατὰ τὸν Χρυσόστομον λέγοντας τοῦ Πέτρου ὁ Χριστὸς, βόσκε τὰ πρόβατά μου, τὸν ἐχειροτόνησε διδάσκαλον· καὶ

τὸ

SI sacra Scriptura est sui interpres, quid opus est sanctis Patribus? At Chrysostomus homilia lxxxviij. in Ioannem; Cum Petro, inquit, dixerit Christus; Sequere me: quomodo habuit Iacobus Sedem Hierosolymorum? *Ioan. 21. 17.* Et respondens ait; Quòd Petrum instituit Christus non Sedis, sed terrarum Orbis magistrum. Ergo ex sententia Chrysostomi cùm Petro dixit Christus; Pasce oues meas; constituit illum magistrum, &

 pa-

pascuum est doctrina; solusque Petrus per Chrysostomum vti pastor vniuersalis est etiam vniuersalis magister. At proprium doctoris officium est explanare, & quæ inuoluta sunt explicare. Solius igitur Petri proprium munus est esse interpretem. Et sicut est spiritalis Pastor, ita debet esse spiritalis interpres; proinde interpres fidei, quæ fundamentum est vitæ spiritalis. Et si solus Petrus est cui interpretandi munus incumbit, ergo & Papa Petri successor. Quod quidem perennis experientia docuit in generalibus quibusque Concilijs: Illa enim declarabant catholicam fidem ex doctrina epistolarum, quas Romani Pontifices ad Concilia mittebant. expressissimè vero id ipsum habemus ex literis Quartæ generalis Synodi ad Sanctum Leonem Magnum. Scribit enim, & fatetur, in expositione fidei

Concilium Chalc. p. 3 cap. 2.

τὸ βόσκημα εἶναι διδασκαλία· καὶ μόνον ὁ Πέτρος κατὰ τὸν Χρυσόστομον ὡς ποιμὴν εἶναι διδάσκαλος, καὶ βοσκὸς οἰκουμενικός. ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἔργον τοῦ διδασκάλου εἶναι νὰ ἐξηγᾷ καὶ νὰ ἑρμηνεύῃ τὰ δύσκολα, μόνος λοιπὸν ὁ Πέτρος ἔχει ὡς ἔργον ἴδιον νὰ εἶναι ἐξηγητής· καὶ καθὼς εἶναι βοσκὸς πνευματικὸς, ἔτζι πρέπει νὰ εἶναι καὶ ἐξηγητὴς πνευματικὸς, καὶ λοιπὸν ἐξηγητὴς τῆς πίστεως, ὁποῦ εἶναι θεμέλιον τῆς πνευματικῆς ζωῆς. Ἂν μόνος ὁ Πέτρος εἶναι ὁ καθολικὸς ἐξηγητὴς, ἄρα καὶ ὁ διάδοχος τοῦ Πέτρου ὁ Πάπας. καὶ τοῦτο τὸ ἔδειξεν ἡ πεῖρα εἰς ὅλαις ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, οἱ ὁποίαις ἐδιώρισαν τὴν καθολικὴν πίστιν ἀκολουθῶντας τὴν διδασκαλίαν τῶν ἐπιστολῶν, ὁποῦ ἔγραφαν οἱ ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης. καὶ φανερώτατα καὶ μερικώτατα τὸ διδάσκει ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος εἰς τὴν ἐπιστολὴν της πρὸς τὸν ἅγιον Πάπαν Λέοντα, γράφοντας καὶ ὁμολογῶντας· ὅτι ὁ Πάπας εἶναι εἰς τὴν ἐξήγησιν τῆς πίστεως ἑρμηνευτὴς τῆς φω-

fidei

νῆς τοῦ Πέτρου· καὶ ὅτι ἡ σύνοδος τῶν ἐπισκόπων ἔδειξε τὴν ἀλήθειαν διὰ νὰ τὴν πιστεύουν οἱ χριστιανοὶ, ἀκολουθῶντας εἰς τοῦτο, ἤγουν εἰς τὴν φανέρωσιν τῆς πίστεως, τὴν ὁδηγίαν τοῦ Πάπα· τὸν ὁποῖον ὁμολογοῦσιν ἀρχηγὸν, κεφαλὴν, κορυφὴν, πατέρα ὅλης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου.

Ψεύδεται λοιπὸν τοῦτος ὁ Λυτερογνώμων βλασφημῶντας ἐναντίον τῆς νομοθεσίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς μαρτυρίας τῶν συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων. ὅτι καὶ τὴν τετάρτην σύνοδον εἰς τόσον ἡ ἁγία ἐκείνη σύνοδος ἐξήγησε καλὰ τὴν πίστιν, εἰς ὅσον ἠκολούθησε τὴν ἐξήγησιν τοῦ Πάπα. λοιπὸν ὁ καθολικὸς ἐξηγητὴς τῆς ἁγίας γραφῆς εἶναι ὁ Πάπας, οἱ ἅγιοι πατέρες εἶναι ἐξηγηταὶ εἰς ὅσον δὲν διαφωνοῦσιν ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Πάπα. ἔτζι ἀναστρέπει τὴν τάξιν, καὶ διπλασιάζει τὴν βλασφημίαν ὁ κακόγνωμος λέγοντας καὶ κηρυκῶντας διὰ τὴν πίστιν, ὅτι ὁ Πάπας εἶναι κακῆς γνώμης. τούτη ἡ βλασφημία

ὑβρίζει

fidei Papam esse interpretem vocis Petri; & Episcopos ostendisse Christianis veritatem credendam ex confessione, quam tradidit Papa: quem ibi agnoscunt Ducem, Caput, Verticem, parentem vniuersi Concilij.

Blasphemat igitur Lutheri alumnus in sanctionem Christi, in facta & dicta Conciliorum, sanctorumque Patrum. Siquidem Quarta synodus, vt ipsamet fatetur, eatenus fidem bene exposuit, quatenus secuta est expositionem Papæ. Proinde verus, & germanus Scripturæ interpres est Papa; sancti vero Patres, vt boni interpretes non possunt dissentire à doctrina Papæ. Ita Gerganus ordinem inuertit, & blasphemiam peruersissimus duplicat, dum ait; Papam esse mente

per-

peruerſa, nimirum in re fidei. Et blaſphemia hæc ad ipſum peruenit Saluatorem, vt qui Eccleſiæ ſuæ peruerſum inſtituerit magiſtrum iuxta impias Gergani voces. Vbi igitur Chriſti promiſſum;
Luc. 22. 32. Simon, Simon, rogaui pro te, vt non deficiat fides tua? Quod ſpectare etiam ad ſucceſſores Petri teſtatur quarta Synodus verbis paulo ante allatis.
Act. 4. Sexta Synodus in epiſtola Agathonis Papæ, & in ſynodica eiuſdem epiſtola ad Imperatores: & in Proſphonetico Synodi ad Conſtantinum Imperatorem:
Act. 8. & in epiſtola eiuſdem Synodi ad Agathonem Papam; & in epiſtola Imperatoris Conſtantini Pogonati ad Leonem Secundum.
Act. 2. Septima Synodus in epiſtola Hadriani Papæ ad Imperatores; & in epiſtola Taraſij Patriarchæ ad Hadrianum Papam. Rem tot tantisque conſonantibus teſtimonijs

ὕβριζε τὸν σωτῆρα Χριστόν, ἐποῦ ἐχειροτόνησε τῆς ἐκκλησίας του διδάσκαλον κακῆς γνώμης, ὡς γράφει τοῦτος ὁ λαοπλάνης. ποῦ εἶναι λοιπὸν τοῦ Χριστοῦ τὸ τάξιμον· Πέτρε, Πέτρε ἐπαρακάλεσα διὰ σένα νὰ μὴ λείψῃ ποτὲ ἡ πίστις σου· καὶ μὲ τὸ ὄνομα τοῦ Πέτρου γρικᾷ καὶ τοὺς διαδόχους τοῦ Πέτρου ἡ τετάρτη σύνοδος εἰς τὰ λόγια ὁποῦ ἀναφέραμεν, καὶ εἰς τὸν προσφωνητικόν της πρὸς τὸν βασιλέα Μαρκιανόν· ἡ ἕκτη σύνοδος εἰς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πάπα Ἀγάθωνος, καὶ εἰς τὴν συνοδικήν του ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς βασιλέας, καὶ εἰς τὸν προσφωνητικὸν λόγον τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, καὶ εἰς τὸ γράμμα τῆς ὁμοίας συνόδου πρὸς Ἀγάθωνα τὸν Πάπαν, καὶ εἰς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πωγωνάτου πρὸς τὸν δεύτερον Λέοντα τὸν Πάπαν· καὶ ἡ ἑβδόμη σύνοδος εἰς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πάπα Ἀδριανοῦ πρὸς τοὺς βασιλέας, καὶ εἰς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ πατριάρχου Ταρασίου πρὸς Ἀδρια-

Ἀδερφὸν τὸν Πάπαν. Μαρτυροῦντας τοῦτο μὲ τόσην συμφωνίαν αἱ σύνοδες αἱ οἰκουμενικαῖς, πῶς ἀνοίγει τὸ στόμα του καὶ τὸ βάνει εἰς τὸν οὐρανὸν τοῦτος ὁ θεομάχος;

monijs Conciliorum generalium approbatam, quomodo vir impurissimus ponẽdo os in cælum, proscindere audet?



ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ϛ.

Ὅτι τὰ Μακκαβαϊκὰ εἶναι ἀπόκρυφα βιβλία.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

Καὶ ἐδῶ ὁ παντέρημος ἐτυφλώθη. Διατὶ καθὼς εἶναι φανερὸν ὅτι οὐδεὶς μερικὸς πατέρας ἔχει ἐξουσίαν νὰ συγγράψῃ σύμβολον τῆς πίστεως, τὸ ὁποῖον νὰ μεταχειρίζεται ὅλη ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· ἔτζι οὐδένας ἔχει ἐξουσίαν νὰ κανονίσῃ κάποιον βιβλίον καὶ νὰ τὸ κάμῃ μέρος τῆς θείας γραφῆς. ἀλλὰ

BLASPHEMIA VI.

Maccabæorum Libri sunt Apocryphi.

REFVTATIO.

Hic etiã cæcutit homo miserrimus. Est enim in confesso, sicut non est priuatæ auctoritatis cuiusuis Patris edere fidei Symbolum, 30 quo vtatur vniuersalis Ecclesia; ita etiam non esse priuatæ auctoritatis præscribere, qui liber sit habendus inter Scripturas Canonicas. Nam

Nam Symbolum aut Apostoli, aut œcumenicæ Synodi ediderunt. Vt ergo sciamus, qui libri sint canonici, non est quærendum, quid scripserit, aut senserit ille vel ille Pater; qui fortasse ita scripserunt ad sensum alicuius priuatæ Ecclesiæ; sed recurrendum est ad sensum & fidē vniuersalis Ecclesiæ. Porrò de veritate Maccabaicorum consentiunt Occidentalis & Orientalis Ecclesia, vt videre est etiam ex vetustissimis manuscriptis testamenti veteris. Debebat ergo hic stolidus præferre sensum vniuersalis Ecclesiæ, non deliria sequi Lutheranorum, propter quos & paterna sua dogmata negauit. Quandoquidem Canon apud Orientales Apostolorū vltimus Maccabæorum libros numerat inter Canonicos. Et sanctus Augustinus libro ij. contra secundam Gaudētij epistolam; Scripturam, inquit, quæ appellatur Maccabæorum, non habēt

Iudæi

ἀλλὰ τὸ Σύμβολον ἢ ἀπὸ τοὺς Ἀποστόλους, ἢ τὸ ἔχομεν ἀπὸ Συνόδους οἰκουμενικαῖς. τὸ λοιπὸν διὰ νὰ ἠξεύρῃ τινάς, ποῖα εἶναι τὰ κανονιζόμενα βιβλία, δὲν πρέπει νὰ μετρᾷ, τί εἶπεν μὲ γνώμην μερικὴν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα πατέρας· οἱ ὁποῖοι τάχα ἔγραψαν κατὰ τὴν γνώμην μερικῶν ἐκκλησιῶν· ἀλλὰ πρέπει νὰ βλέπῃ τὸν νοῦν καὶ τὴν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. καὶ ἐπειδὴ συμφωνᾷ ἡ δυτικὴ καὶ ἀνατολικὴ ἐκκλησία διὰ τὰ βιβλία τῶν Μακκαβαίων, καθὼς φαίνεται καὶ ἀπὸ χειρόγραφα παλαιότατα τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἔπρεπε τοῦτος ὁ ἀπαίδευτος νὰ προτιμήσῃ τὴν κοινὴν γνώμην τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας, ὄχι τὴν φαντασίαν τῶν Λουτεραίων, διὰ τοὺς ὁποίους ἀπαρνήθη καὶ τὰ πάτρια δόγματα· ὅτι σιμὰ εἰς τοὺς ἀνατολικοὺς ὁ ὕστερος κανὼν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων περιέχει ὡσὰν κανονικὰ τὰ βιβλία τῶν Μακκαβαίων. ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος, τὴν γραφὴν λέγει τῶν Μακκαβαίων δὲν τὴν ἔχουσιν οἱ

Ἑβραῖοι

Ἑβραῖοι ὥσαν τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλ' ἡ ἐκκλησία τὴν δέχεται. τὸ αὐτὸ βεβαιώνει καὶ εἰς τὸ βιβλίον περὶ θεοῦ πόλεως ιη. ὅτι ὄχι τῶν Ἑβραίων, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας εἶναι κανονικὰ τὰ βιβλία τῶν Μακκαβαίων· τὰ ὁποῖα κράζει μεγάλα καὶ θαυμαστὰ διὰ τὰ μαρτύρια ὁποῦ ἐκεῖ ἱστοροῦνται. ἀλλὰ παλαιὰ τόλμη τῶν αἱρετικῶν εἶναι ἢ νὰ συνθέτουν ἀπόκρυφα, ἢ νὰ ἀρνοῦνται τὰ κανονισμένα βιβλία διὰ νὰ πλανοῦσι τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ νὰ φεύγουσι τοὺς ἐλέγχους τῶν βλασφημιῶν. ἔξω ἀπὸ τοῦτο ὁ ἀγράμματος κατηχητὴς ἑρμηνεύοντας τί σημαίνει τὸ ἀπόκρυφον, καὶ μὴ διαχωρίζοντας ἀνάμεσα εἰς ἀναγινωσκόμενα καὶ ἀπόκρυφα λέγει· ὅτι ἀπόκρυφα λέγονται, διατί οἱ ἅγιοι πατέρες δὲν ἠξεύρουν τίς νὰ τὰ ἔγραψεν· καὶ ὅτι κανονικὰ λέγονται, διατὶ ἐμάθασιν οἱ πατέρες τίς τὰ ἔγραψεν. Καὶ πῶς λοιπὸν λέγει ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὅτι οἱ διαταγαῖς τῶν Ἀποστόλων καὶ ὁ ποιμὴν εἶναι ἀκανόνιστα,

καὶ

Iudæi ſicut legem, & Prophetas, & Pſalmos; ſed recepta eſt ab Eccleſia. Et libro de Ciuitate Dei xviij; Maccabæorum libros, inquit, non Iudæi, ſed Eccleſia pro Canonicis habet propter quorumdam Martyrũ paſſiones vehemẽtes atque mirabiles. Sed antiqua procacitas hæreticorum eſt, aut fingendi & ſupponendi falſos pro veris; aut negandi libros Canonicos, vt ſeducant incautos, & blaſphemiarum redargutiones euitent. Exponens præterea ineruditus Catechiſta, quod ſignificet Apocryphum; & non diſtinguens inter libros, qui leguntur; & qui vocantur Apocryphi; eos, inquit, eſſe libros Apocryphos, quorum auctores incerti ſunt: Canonicos autem vocari, quorum auctores noti ſunt. Cur ergo ſanctus Athanaſius in epiſtola Paſchali xxxix. ponit extra numerum Canonicorum Conſtitutiones Apoſtolorum & Paſtorẽ,

Cap. 36.

cum

cum eorum auctores certi sint? Cur S. Hieronymus præfatione in lib. Regum alios quoque libros excludit, de quorum auctoribus non ambigitur? Origenes autem de epistola ad Hebræos aiebat, è phrasi non cõstare quis eã conscripserit, cum tamen Canonica sit. Ita philosophari didicit in schola ignorantiæ Græculus nulla Canonum regula, sed lutherana imbutus inscitia.

Euseb. lib. 6. Hist. ca. 24.

καὶ ὅμως ἠξεύρομεν τίς τὰ ἔγραψεν; καὶ ὁ ἅγιος Ἱερώνυμος μετρᾷ καὶ ἄλλα ὡς ἀκανόνιστα, τὰ ὁποῖα ὅμως ἔχουσι φανερούς τοὺς συγγραφέας; καὶ ὁ Ὠριγένης ἔλεγεν διὰ τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Ἑβραίους, πῶς δὲν ἦτον φανερὸν τίς νὰ εἶχε συνθέσει τὴν φράσιν ἐκείνης τῆς ἐπιστολῆς, ἡ ὁποία ὅμως εἶναι κανονική. τούταις ταῖς ἀμαθίαις ἔμαθεν ὁ ἀκανόνιστος εἰς τὸ ἀπαιδευτήριον τῶν Λουτεραίων.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Ζ.

Ὅτι τῶν Παπιστῶν ταῖς παραδόσεις ἀποῤῥίχνει ἡ ἐκκλησία, διατὶ εἶναι γεμάταις μύθοις.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA VII.

Papiſtarum traditiones Eccleſia reijcit, quia ſunt fabularum plenæ.

REFVTATIO.

Ἔτζι γράφουσιν οἱ καλοὶ τεχνῖται· εἰς μίαν ἀπόκρισιν ἔβαλε πέντε βλασφημίαις. μίαν εἰς τὸν λόγον ἐκεῖνον, Παπιστῶν. δεύτερον εἰς τὰ λόγια ἐκεῖνα, ἀποῤῥίχνει ταῖς παραδόσεις. τρίτην λέγοντας, ἡ ἐκκλησία. τέταρτην σμίγοντας, διατὶ εἶναι γεμάταις μύθοις. πέμπτην, φιλοσοφῶντας ὅτι διὰ τούταις εἶπεν ὁ Χριστὸς τῶν φαρισαίων· διατὶ καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν;

Εἰς τοῦτον τρόπον ἐστόλισε τὸ πρῶτον τοῦ μονοζητημάτιον

Hoc demum eſt aptè congruēterq. ſcribere, vna ſententia quinque blaſphemias conglobare. Primam voce illa, Papiſtarum. Secundam dum ait; Traditiones reijcit. Tertiam cum apponit; Eccleſia. Quartam addendo; Quia ſunt fabularum plenæ. Quintam aſſerendo, Quòd de his dixerit Phariſæis Chriſtus; Quare & vos tranſgredimini mādatum Dei propter traditionem veſtram? Matt. 15.

Ita primam ſuam futilem Quæſtiunculam duodecim

decim ornauit blasphemijs. Iuxta seriem vero, septimam continet blasphemiam vox illa, Papistarum. Nam postea quam communis loquendi vsus Papam appellare cœpit solum Romanum Episcopum; licet etiam Alexandrinus Patriarcha se Papam & Patriarcham inscribat, eo quod sanctus Cyrillus in tertia Synodo legatũ egerit Cælestini Papæ; quia tamen, vt diximus, ob excellentiam solus Petri successor vocatur Papa: & Petro dixit Christus: Pasce oues meas: necessario fit, vt omnes Christi oues creditæ Petro, sint etiam creditæ Papæ. Quoniam, vt supra diximus, sanctæ Synodi generales agnouerunt, docuerunt, testatæ sunt & prædicarunt eãdem fidei & auctoritatis prærogatiuam in Petro & successoribus. Sicut etiam demonstratum fuit contra Nilum Thessalonicensem. Itaque idem erit

Io.21.17.

μάτων μὲ δώδεκα βλασφημίαις. εἶναι λοιπὸν ἑβδόμη βλασφημία ὁ λόγος, Παπιστῶν· ὅτι ἀφ᾽ οὗ ἡ συνήθεια δὲν δίδει πλέον τοῦτο τὸ ὄνομα, Πάπας, τῶν κοινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μόνον τοῦ ἀρχιερέως τῆς Ῥώμης, καλὰ καὶ ὁ πατριάρχης ἀκόμη τῆς Ἀλεξανδρείας νὰ ἐπιγράφεται πάπας καὶ πατριάρχης, ἀφ᾽ οὗ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐστάθη τοποτηρητὴς τοῦ πάπα Καιλεστίνου εἰς τὴν τρίτην σύνοδον· ὅμως ἐπειδὴ πάπας ὀνομάζεται κατ᾽ ἐξοχὴν καὶ τὴν κοινὴν συνήθειαν ὁ ἐπίσκοπος Ῥώμης ὡσὰν διάδοχος τοῦ Πέτρου· καὶ τοῦ Πέτρου εἶπεν ὁ Χριστὸς, βόσκε τὰ πρόβατά μου· ἀναγκαίως ὅλα τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ δοσμένα τοῦ Πέτρου, εἶναι δοσμένα καὶ τοῦ πάπα. διατὶ καθὼς εἴπαμεν, οἱ ἅγιαις οἰκουμενικαῖς σύνοδες ἐγνώρισαν, ἐμαρτύρησαν, ἐδίδαξαν, ἐκήρυξαν τὴν αὐτὴν πίστιν καὶ ἐξουσίαν εἰς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς διαδόχους του, καθὼς ἀκόμη ἀπεδείχθη εἰς τὴν ἀπόκρισιν πρὸς Νεῖλον τὸν Θεσσαλονίκης. τὸ λοιπὸν τόσον

τόσον εἶναι νὰ εἰπῇ· τινὰς πρόβατον Χριστοῦ, καὶ νὰ εἰπῇ Χριστιανόν. Καὶ τόσον εἶναι νὰ εἰπῇ Χριστιανὸν, καὶ πρόβατον δοσμένον τοῦ Πέτρου νὰ βόσκεται ἀπ' ἐκεῖνον. καὶ τόσον εἶναι νὰ εἰπῇ δοσμένον τοῦ Πέτρου, καὶ δοσμένον τοῦ Πάπα. καὶ τόσον εἶναι νὰ εἰπῇ δοσμένον τοῦ Πάπα, καὶ Παπιστήν. ἀπὸ τὸ πρῶτον ὡς τὸ ὕστερον, ἐξ ἀνάγκης τὸ αὐτὸ εἶναι νὰ εἰπῇ παπιστὴν, καὶ νὰ εἰπῇ Χριστιανόν. Ο Λούτερος λοιπὸν, ὁ Καλβῖνος καὶ ὁ Γεργανὸς ἐπειδὴ δὲν εἶναι παπισταὶ, δὲν εἶναι ὅλως οὐδὲ Χριστιανοί.

Ετζι ἀποφασίζει ὡς εἴπαμεν ὁ μέγας Αθανάσιος γράφοντας κατὰ Αρειανῶν, καὶ μάλιστα εἰς τὸν δεύτερον λόγον, ὅτι οἱ αἱρετικοὶ δὲν εἶναι χριστιανοὶ, ἀλλ' ἀντὶ χριστιανῶν κράζονται ἀπὸ τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς αἱρέσεως· λόγου χάριν ἀπὸ τὸν Μαρκίωνα Μαρκιωνισταὶ, ἀπὸ τὸν Ναύατον Ναβατιανοὶ, ἀπὸ τὸν Μελίτιον Μελιτιανοί. ἀλλ' οἱ μαθηταὶ τῶν Αποστόλων ὁποῦ κρατοῦσι τὴν διδασκαλίαν τους, ἀπ' ἄλλον δὲν ὀνομάζονται παρὰ Χριστιανοὶ ἀπὸ

erit dicere Chriſti ouem, & Chriſtianum: idem erit dicere Chriſtianum & ouem Chriſti traditam Petro vt à Petro paſcendam. Idem erit dicere, ouem Petro traditam, & traditam Papæ: Idem erit dicere, traditam Papæ & papiſtam. A primo ad vltimum neceſſe eſt, vt eſſe Chriſtianum, & eſſe papiſtam, idem ſit. Si igitur Lutherus, Caluinus, & Gerganus papiſtæ non ſunt, omnino etiam Chriſtiani non ſunt.

Ita paſſim decernit ſanctus Athanaſius, præſertim, vt dictum eſt, Oratione ſecunda contra Arianos. Ait enim, hæreticos non eſſe Chriſtianos, ſed ab ijs nomen ſortiri, qui hæreſum auctores ſunt. Ita Marcioniſtas à Marcione, Nouatianos à Nouato, Melitianos à Melitio vocatos. Apoſtolorum vero diſcipulos doctrinam eorum tenentes, non ſumere ſibi nomen à quopiam; ſed

à Christo, in quem credimus, appellari Christianos. Hæretici igitur non sunt, inquit, Christiani, quia fidem Christi & Apostolorum doctrinam non tenent, sed noua inuenta & nouam fidem.

Additque sanctus Pater rem scitu dignissimam. Cum enim, inquit, Arianos puderet, quod Ariani, non Christiani vocarentur; vt hoc malum curarent, cœperunt contra & ipsi vocare Catholicos à nomine Doctoris; exempli gratia ab Athanasio Athanasianos; existimantes hoc pacto vitare posse ignominiam. At sanctus Athanasius excogitatum hoc deridet: Populus enim, inquit, nomen ab Episcopis nunquam accepit, sed à Christo. Hæretici autem ab ijs appellantur, quorum facti sunt proprij. Petrus, inquit, Alexandrinus expulit Melitium ab Ecclesia, qui suos sequaces nuncupauit Melitianos. Alexander eiecit Arium; &

τὸν Χριστὸν, εἰς τὸν ὁποῖον πιστεύομεν. Τὸ λοιπὸν λέγει, οἱ αἱρετικοὶ δὲν εἶναι Χριστιανοὶ, μὴ ἔχοντας τοῦ Χριστοῦ τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ νέα εὑρέματα καὶ νέαν πίστιν.

Καὶ σμίγει ἕνα πρᾶγμα θαυμάσιον ὁ μέγας Ἀθανάσιος· ὅτι βλέποντας οἱ Ἀρειανοὶ τὴν ἐντροπήν τους, πῶς δὲν ἐκράζονται Χριστιανοὶ, ἀλλὰ Ἀρειανοὶ, διὰ κάποιαν θεραπείαν τοῦ κακοῦ ἤρχισαν ἐξ ἐναντίας καὶ αὐτοὶ νὰ κράζουν τοὺς ὀρθοδόξους ἀπὸ τὸ ὄνομα τῶν διδασκάλων, λόγου χάριν ἀπὸ τὸν Ἀθανάσιον Ἀθανασιανούς· λογαριάζοντας μὲ τοῦτο νὰ σκεπάσουν τὴν ἐντροπήν τους. ἀλλὰ τὸ γελᾷ τοῦτο ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὅτι δὲν ἔλαβε λέγει, ποτὲ ὁ λαὸς τὴν ὀνομασίαν ἀπὸ τοὺς Ἐπισκόπους, ἀλλ᾽ ἀπὸ τὸν Χριστόν. ἀμὴ οἱ αἱρετικοὶ κράζονται ἀπ᾽ ἐκείνους, τῶν ὁποίων ἐγίνηκαν ἴδιοι. Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐδίωξε λέγει, τὸν Μελίτιον, καὶ ἐκεῖνος ὠνόμασε τοὺς ἀκολούθους του Μελιτιανούς. Ἀλέξανδρος ἐδίωξε τὸν Ἄρειον, καὶ οἱ ἀκόλουθοι

λουθοῦν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἔμειναν Χριστιανοί, ὅσοι ἔφυγαν μὲ τὸν Ἄρειον ἐκράχθησαν Ἀρειανοί. καὶ μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον οἱ κοινωνοὶ τοῦ Ἀθανασίου ἐλέγοντο ὄχι Ἀθανασιανοί, ἀλλὰ Χριστιανοί· ὅτι οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας δὲν δίδουσιν ἰδίαν τους διδαχήν, ἀλλὰ τὴν διδαχὴν τοῦ Χριστοῦ.

Ἔτζι λοιπὸν καὶ οἱ Λουτεράνοι καὶ οἱ Καλβινισταὶ διὰ νὰ σκεπάσουν τὴν ἐντροπήν τους, ἐπειδὴ δὲν εἶναι κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον Χριστιανοί, ηὑρῆκαν καὶ αὐτοὶ διὰ παρηγορίαν τους νέον ὄνομα, καὶ κράζουσι τοὺς Χριστιανοὺς Παπιστάς· καὶ λογιάζοντας νὰ ὑβρίζουν τοὺς τιμῶσιν· ὅτι δὲν εἶναι ἐντροπὴ τῶν Χριστιανῶν νὰ εἶναι πρόβατα τοῦ Χριστοῦ δοσμένα τοῦ Πέτρου, καὶ διὰ μέσον τοῦ Πέτρου δοσμένα τοῦ Πάπα. καὶ διὰ τοῦτο ἐμετρήσαμεν διὰ βλασφημίαν ἑβδόμην τοῦτο τὸ ὄνομα, ὄχι διὰ νὰ μὴν εἶναι δόξα καὶ τιμὴ καὶ στέφανος, ἀλλ' ὅτι ὁ παμπόνηρος γραφεὺς τῆς Θεομάχου Κατηχήσεως τὸ βάνει ὡς ὕβριν καὶ παίγνιον κατὰ μίμησιν τῶν Ἀρειανῶν

& qui Alexandrum ſequebantur, manſere Chriſtiani; qui fuerunt cum Ario transfugæ, vocati ſunt Ariani. Poſt Alexandrum qui ſecuti ſunt communionem Athanaſij, vocabantur non Athanaſiani, ſed Chriſtiani. Nam doctores, inquit, Eccleſiæ non ſuam, ſed Chriſti doctrinam tradunt.

Ita igitur Lutherani & Caluiniſtæ vt ſuam obtegant ignominiam, quia ex ſententia Athanaſij non ſunt Chriſtiani, ſolatium & ipſi excogitarunt ſibi nomen nouum, & Chriſtianos vocant Papiſtas. Verum quod probro obijciunt, honori eſt illis. Non eſt enim Chriſtianis dedecus eſſe Chriſti oues traditas Petro, perque Petrum Papæ. Idcirco vocem hanc numerauimus vt blaſphemiã ſeptimam: non quin ea ſit honori, coronæ, & gloriæ; ſed quia nefandus Catechiſta vſurpat eam quaſi opprobriũ & ſubſannationem exẽplo Arianorũ,

 &

& Iuliani apostatæ, qui per derisum Christianos vocabat Galilæos.

νῶν καὶ Ιουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, ὁποῦ διὰ ἐμπαιγμὸν τοὺς Χριστιανοὺς ἔκραζε Γαλιλαίους.



ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Η.

Ἀποῤῥίχνει ταῖς παράδοσαις.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA VIII.

Reijcit Traditiones.

REFVTATIO.

AIebat sanctus Epiphan. hæresi contra Apostolicos: Adhibēda quoq. est traditio; Non .n. omnia possunt haberi è Scriptura: Idcirco sācti Apostoli quædā scripto, quædā traditione docuerunt. Qui ergo fieri possit, vt reijciantur traditiones Apostolicæ, de quibus tot tantaq. testimonia extant? Apostolus ipse 2. ad Thessalon. State, inquit, & tenere traditiones, quas didicistis siue per sermonē siue per epistolam nostrā. Cap. 2.14

Et

Ἔλεγεν ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος· Δεῖ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι· οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι. διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι. Καὶ πῶς εἶναι δυνατὸν νὰ ἀποῤῥιχθοῦν οἱ ἀποστολικαῖς παραδόσεις, διὰ τὲς ὁποίαις εἶναι τόσαις μαρτυρίαις, καὶ λέγει ὁ Ἀπόστολος εἰς τὴν πρὸς Θεσσαλονικεῖς β. Στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι᾽ ἐπιστολῆς ἡμῶν.

Καὶ

Καὶ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους πρώτην· Καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε. διὰ ταῖς ὁποίαις λέγει καὶ ἀποφασίζει ἡ ἁγία ἑβδόμη οἰκουμενικὴ Σύνοδος· εἴ τις πᾶσαν παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν ἔγγραφον ἢ ἄγραφον ἀθετεῖ, ἀνάθεμα ἔστω.

Διὰ ταῖς ὁποίαις μετὰ τὸν Αρεοπαγίτην λέγει ὁ Χρυσόστομος ἐξηγῶντας τὸν ἀπόστολον, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν πράξεων· καὶ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὸ κζ. κεφάλαιον τοῦ πρὸς τὸν μακάριον Αμφιλόχιον· Ὅτι τῶν δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἄλλα ἔχομεν ἀπὸ τὴν θείαν γραφὴν, ἄλλα ἀπὸ τὴν παράδοσιν τῶν Αποστόλων ἐν μυστηρίῳ. τὰ ὁποῖα ὁμοίως ἔχουσι τὴν αὐτὴν δύναμιν πρὸς τὴν εὐσέβειαν. πῶς ἔμαθε λοιπὸν νὰ βλασφημᾷ μὲ τοὺς Λουτεράνους τοῦτος ὁ ἄθλιος, πέρνοντας ἐπάνω του τὸ ἀνάθεμα;

Et 1. ad Corinthios: Sicut dedi vobis traditiones, tenetis. Cap. 11.2 De illis sancta Generalis vij. Synodus ita definit: Act. 8. Siquis omnem traditionem Ecclesiasticã scriptam, vel non scriptam reijcit, anathema sit.

De ijs Dionysius Areopagita cap. 1. de Hierarchia Ecclesiastica. Chrysostomus in procem. Actuum, & sermone 3. in secundam ad Timotheum. Basilius magnus lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium ca. 27. his verbis: Ecclesiæ dogmata partim habemus è sacra Scriptura, partim è traditione Apostolica non in vulgus exposita; Quæ tamen æquè vim eandem obtinent in re Religionis. Cur ergo infelix blasphemare didicit cum Lutheranis; & in caput suum euocare anathema?

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Θ.

Η Εκκλησία.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA IX.

Ecclesia.

REFVTATIO.

QVo tēpore Arius scindebat Ecclesiam, clamabat Alexander Alexandrinus Episcopus: Vnum est Ecclesiæ catholicæ corpus; Vna & sola Catholica, quæ est Ecclesia Apostolica, illa inexpugnabilis. Et S. Epiphanius in fine libri tertij contra hæreses aiebat: In Canticis Cāticorum dictum esse de hæresibus à Spiritu S. Octoginta sunt concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Vna, inquit, Catholica Ecclesia, in qua est Christianismus, cuius filij sunt hæredes regni. Vtque digno-

In fragmentis 1. Synod.

Cap. 6. 7. 6.

gno-

Σχίζοντας τὴν ἐκκλησίαν ὁ Ἄρειος, ἐβόα ὁ ἅγιος Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος· ἕν ἐστι τὸ σῶμα τῆς Καθολικῆς ἐκκλησίας· μία μόνη εἶναι καθολικὴ ἡ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, ἡ ἀκαθαίρετος. καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος εἰς τὸ τέλος τοῦ τρίτου κατὰ αἱρέσεων ἔλεγεν ὅτι εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ τὰς αἱρέσεις εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὀγδοήκοντα παλλακαί, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός, ἤγουν αἱρέσεις· μία δὲ περιστερά μου, τελεία μου· ἤγουν ἡ μία ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, εἰς τὴν ὁποίαν εἶναι ὁ χριστιανισμός, τῆς ὁποίας τὰ τέκνα εἶναι οἱ κληρονόμοι τῆς βασιλείας. Καὶ διὰ νὰ γνωρί-

ση

στη καθὼς, ποία εἶναι ἡ μία, λέγει ὁ Ἐπιφάνιος· ὅτι τῶν αἱρέσεων εἶναι ἴδιον νὰ παραχαράττουσι τὰ διδάγματα τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἡ μία εἶναι ἐκείνη, ὁποῦ πάντοτε ἐκράτησε καὶ κρατεῖ μίαν πίστιν. ἐκκλησία γάρ ἐστιν ἀπὸ μιᾶς πίστεως γεγενημένη.

Τώρα βέβαιον καὶ φανερώτατον εἶναι σιμὰ εἰς ὅλους, ὁποῦ χωρὶς πάθος ὁμολογοῦσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι μόνης τοῦ Πέτρου ὁ θρόνος ἐκράτησε πάντοτε καὶ κρατεῖ μίαν πίστιν. καὶ εἶναι τὸ ἀδυνάτον νὰ δείξῃ τινὰς μὲ ἀληθοσύνην τὸ ἐναντίον. ὅτι ὅλαις οἱ ἅγιαις οἰκουμενικαῖς συνόδοις, καὶ ὅλοι οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας συμφωνοῦσι κατὰ τὴν πίστιν μόνον μὲ τὸν Πέτρου θρόνον. Καὶ ὄχι μόνον συμφωνοῦσιν, ἀλλὰ καθὼς εἴπαμεν, εἶναι φανερώτατον ἀπὸ τὰ πρακτικὰ τῶν συνόδων, ὅτι δὲν ἔκαμαν ποτὲ ἀπόφασιν τῆς πίστεως οἱ σύνοδοις παρὰ κατὰ τὴν ὑποτύπωσιν καὶ διδασκαλίαν τῆς πίστεως, ὁποῦ ἔστελλαν εἰς τὰ γράμματα τους οἱ ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης.

Ὅθεν ὄχι μόνον ἐσυμφω-

νοῦσαν

gnoſcatur, quænam ſit illa vna; Proprium eſſe, inquit Epiphanius hæreſum deprauare doctrinam ſacræ Scripturæ: Vnam verò eſſe illam, quæ ſemper tenuit tenetque vnam fidem: Eſt enim, inquit, Eccleſia vna fide conſtās.

Atqui certum eſt & exploratum apud omnes, qui ſincero animo iudicant; ſolam Petri ſedem eſſe, in qua ſemper viguit & viget vna fides; vt contrarium oſtendi veris fundamentis omnino ſit impoſſibile. ſiquidem Cócilia omnia generalia, omnes Eccleſiæ Doctores in re fidei cum vna Petri ſede conſentiunt. nec conſentiunt modo; ſed quemadmodum diximus, liquet ex Actis Synodorum, generalia Concilia non ediſſe ſuas de fide Definitiones, niſi ex præſcripto & inſtructione fidei, quæ in Romanorum Pontificũ literis continebatur.

Quare non ſolum con-

 ſen-

sentientes, sed etiam subsequentes & obsequentes erant Patres sedi Petri propter indeficiẽtem fidei veritatem, qua sedes illa munita est priuilegio Christi; vt ostensum est in responsione ad Nilum Thessalonicensem. Cùm igitur vna tantum sit Ecclesia, virgo, immaculata, vnius fidei custos perpetua, vtpote domus Dei, columen & firmamentum veritatis iuxta Apostolum; profectò Ecclesia non est, nisi sedes Petri, & quæ cum sede Petri coniũcta est. Omnes aliæ sunt conuenticula, hæreses, schismata, & concubinæ, vt vocat Epiphanius. Quænam igitur est illa pseudoecclesia, quæ secundum Catechistam impium audet reijcere sacras traditiones? num Synagogæ Apostatarum Lutheri & Caluini? At perfidi isti sunt Religionis, & dogmatum corruptores. Hi priscorum Patrum fidei aduersantur. Hi suis vanilo-

1. Timot. 3. 15.

νοῦσαν μὲ τὸν θρόνον τοῦ Πέτρου, ἀλλ' ἦσαν ἀκόλουθοι καὶ ὑποτακτικοὶ τῆς καθέδρας τοῦ Πέτρου διὰ τὸ ἀναμάρτητον τῆς πίστεως, ὁποῦ ἔχει ὁ θρόνος ἐκεῖνος ἀπὸ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν, καθὼς ἀπεδείχθη εἰς τὴν ἀπόκρισιν πρὸς Νεῖλον τὸν Θεσσαλονίκης. ἐπειδὴ λοιπὸν μία μόνον εἶναι ἡ ἐκκλησία, ἡ παρθένος, ἡ ἄσπιλος ἔχοντας πάντοτε μίαν πίστιν, ὡσὰν οἶκος θεοῦ, καὶ στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἄλλη δὲν εἶναι παρὰ ὁ θρόνος τοῦ Πέτρου, καὶ ἡ ἑνωμένη μὲ τὸν θρόνον τοῦ Πέτρου. ὅλαις οἱ ἄλλαις εἶναι παρασυναγωγαῖς, αἵρεσεις καὶ σχίσματα καὶ παλλακίδες κατὰ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον. ποία λοιπὸν εἶναι ἡ ψευδοεκκλησία, ὁποῦ τολμᾷ κατὰ τὸν ματαιόφρονα Κατηχητὴν νὰ ἀπορρίπτῃ ταῖς ἱεραῖς παραδόσεις; ἄρα τὸ παρασυμμάζωμα τῶν ἀποστατῶν Λουτέρου, καὶ Καλβίνου; ἀλλὰ τοῦτοι οἱ παμβέβηλοι ἤλλαξαν καὶ δόγματα καὶ θεοσέβειαν. τοῦτοι ἀντιλέγουσι τῆς παλαιᾶς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων. τοῦτοι μὲ ταῖς κενο-

χειροφωνίαις ἐπροέκοψαν εἰς ἀσέβειαν, καὶ ὁ λόγος των ὡς γάγγραινα καταβρώσει τόσαις ψυχαῖς. Τὸ νὰ κράζῃ λοιπὸν ἐκκλησίαν τὸν σατανοσύλλογον, εἶναι βλασφημία ἐννάτη.

quijs profecerunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer absumit tot animas. Est ergo nona blasphemia, Quòd Satanæ conuentum vocat Ecclesiam. 2. Tim. 2. 17.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Ι.

Διατὶ εἶναι γεμάταις μύθοις.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA X.

Quia sunt fabularum plenæ.

REFVTATIO.

ΤΟν ὅμοιον τρόπον ἐβλασφημοῦσαν οἱ εἰκονομάχοι τὴν παράδοσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων· ἀλλ' ἤκουσαν ἀπὸ τὴν ἁγίαν ἑβδόμην σύνοδον· ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα. ποῖοι νὰ ἔχουν καὶ νὰ πιστεύουν τοὺς μύθους, τὸ λέγει ὁ Απόστο-

20 ITA plane blasphemabant olim Iconomachi aduersus traditionem sacrarum imaginum. Quibus respondebat sancta Synodus vij. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, linguam magniloquam. Qui sint addicti fabulis, docet Apostolus, Act. 6. Psal. 11. 4

2. Timot. 3. 4.

vbi ait: Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt; & à veritate quidē auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur. Acceptā ab Apostolis fidem catholicā semper tenuit ac tenet Ecclesia; fabulas autem iuxta mentē Pauli habent, qui doctrinam sequuntur nouam. Impossibile igitur est, Catholicæ Ecclesiæ traditiones esse fabulas. Quandoquidem hæc est proprijssima Ecclesiæ nota; Numquam deflectere ab ijs, quæ accepit per Apostolos.

Dionysius Areopagita in primo capite de Hierarchia Ecclesiastica; Non esse, inquit, euulgandas traditiones Apostolicas. Et in sermone de defunctis, qui Damasceni dicitur, sententia hæc de traditionibus habetur: Nihil vtilitate vacans accepit omnis erroris expers Christianorū religio. Sanctus Epiphanius in fine libri

λος ὁποῦ γράφει· ἔσται καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται· ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐκράτησε καὶ κρατεῖ τὴν πίστιν ὁποῦ ἐπαρέλαβεν ἀπὸ τοὺς Ἀποστόλους· καὶ τοὺς μύθους λέγει ὁ Ἀπόστολος ἔχουν ἐκεῖνοι, ὁποῦ λαμβάνουσι νέαν διδασκαλίαν. Τὸ λοιπὸν εἶναι ἀδύνατον αἱ παράδοσεις ὁποῦ κρατεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία νὰ εἶναι μῦθοι· ἐπειδὴ ἴδιον τῆς ἐκκλησίας εἶναι τὸ σταθερὸν καὶ ἀμετακίνητον εἰς ὅσα ἐπαρέλαβεν ἀπὸ τοὺς Ἀποστόλους.

Λέγει ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης εἰς τὸ περὶ ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, πῶς δὲν πρέπει νὰ δημοσιεύωνται αἱ παραδόσεις τῶν ἀποστόλων. Καὶ εἰς τὸν λεγόμενον τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγον περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων εἶναι γραμμένον· ὅτι οὐδένα πρᾶγμα ἐπαρέλαβεν ἀνωφελὲς ἡ ἀπλανὴς θρησκεία τῶν Χριστιανῶν. Καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος εἰς τὸ τέλος

τέλος τῶν κατ' αἱρέσεων διηγᾶται τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας· τοὺς ὁποίους ὡς ἐκ παραδόσεως ὄντας κράζει μύθους τοῦτος ὁ θεομάχος.

Ὅθεν κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπειδὴ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ ἄγραφα τῆς εὐσεβείας διδάγματα ἔχουσιν τὴν ὁμοίαν δύναμιν, τόσην βλασφημίαν εἶναι λέγοντας, ὅτι οἱ παραδόσεις εἶναι γεμάταις μύθους, ὅση εἶναι λέγοντας, ὅτι ἡ θεία γραφὴ εἶναι γεμάτη μύθους. Τούταις ταῖς ἀθεΐαις ἔμαθεν ὁ αἰούσαλος ἀπὸ τὸν Λούτερον.

libri tertij contrà Hæreses enarrat multos Ecclesiæ ritus; quos tamen fabulas, vtpote traditione fundatos, vocat Catechista impius.

Colligimus ergo ex doctrina Basilij supra citata; Quoniam scripta & non scripta Religionis documenta vim eandem obtinent; tantumdem blasphemare eum, qui asserit, Traditiones esse fabularum plenas; quantum si diceret; sacram Scripturam esse fabulis plenam. En abnegationem fidei, quã didicit à Luthero scriptor dementissimus.

BLAS-

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΙΑ.

Οτι διὰ τούταις ταῖς παραδόσεις εἶπεν ὁ Χριστὸς τῶν Φαρισαίων· διατὶ καὶ ἐσεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσίν σας;

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA XI.

De his traditionibus Christus Pharisæis; Quare, inquit, & vos transgredimini mandatum Deï propter traditionem vestram?

REFVTATIO.

RES est omninò cæcitatis plena prauitas animi. Traditiones Apostolicas, mysticas, necessarias, vt ostensum est, comparat homo insanus cum vanis & futilibus Iudæorũ traditionibus. Nec animaduertit fatuus, dum blasphemijs impetit Romanæ Ecclesiæ traditiones, se simul etiam obloqui traditionibus Orientalis Ecclesiæ, cuius assentator videri cupit. Nam quò ad substantiam conueniunt

ΒΕβαια τυφλὸν πρᾶγμα εἶναι ἡ πονηρεία. ταῖς παραδόσεσι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ταῖς ἀποστολικαῖς, ταῖς μυστικαῖς, ταῖς ἀναγκαίαις, καθὼς ἐδείξαμεν, συγκρίνει ὁ παραφερμένος μὲ ταῖς ἀνίεραις καὶ ἀνωφελεῖς παραδόσεις τῶν Εβραίων. καὶ δὲν ἐκατάλαβεν ὁ ἀνόητος, ὅτι βλασφημῶντας ταῖς παραδόσεις τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας βλασφημᾷ καὶ ταῖς παραδόσεις τῆς ἀνατολικῆς, τὴν ὁποίαν κολακεύει. ὅτι εἰς τὸ οὐσιῶδες συμφωνοῦσιν αὐτα-

αἱ τάξες ὁποῦ κατὰ παράδοσιν ἀπ' ἀρχῆς ἐδόθησαν καὶ τῆς ἀνατολικῆς καὶ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας εἰς τὴν τελετὴν τῶν ἑπτὰ μυστηρίων, καὶ εἰς κάθε ἄλλην παρατήρησιν. καὶ ἐκείνη ὁποῦ τῶν ἀπαιδεύτων φαίνεται διαφωνία, δὲν εἶναι εἰς τὸ οὐσιῶδες διαφωνία, ἀλλ' εἶναι ποικιλότροπος εὐμορφία καὶ στολισμὸς τῆς νύμφης τοῦ Χριστοῦ, καθὼς τὸ περιγράφει ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος καὶ οἱ ἱστορίαις. καὶ ἐπειδὴ φανερώτατον εἶναι, ὅτι ταῖς τάξες καὶ τὴν οὐσιώδη τελετὴν τῶν μυστηρίων, ὁποῦ κρατεῖ ἡ δυτικὴ ἐκκλησία, δὲν τὰ ἔλαβεν ἀπὸ τὴν ἀνατολικήν, οὔτε ἡ ἀνατολικὴ ταῖς ἰδιαῖς της τάξες ἀπὸ τὴν δυτικήν, βέβαιον μένει ὅτι ὅλαις ταύταις οὐσιωδῶς εἶναι παραδόσεις ἀποστολικαῖς. καὶ πρὶν τοῦ σχίσματος ἦτον μὲ τὴν συμφωνίαν τῆς πίστεως καὶ ἡ ποικιλία τοῦ σέβας καὶ τῆς θρησκείας. καὶ μετὰ τὸ σχίσμα ὅποιος εἶναι παιδευμένος γνωρίζει, ὅτι οἱ γνώμαις καὶ ἡ διαφωνίαις τῶν ἀνατολικῶν, μὲ τὴν ὁποίαν σχίζονται ἀπὸ τὴν δυτικὴν ἐκκλησίαν, δὲν εἶναι παραδόσεις

καὶ

niũt antiqui ritus & cæremoniæ in adminiſtratione Sacramentorũ & alijs obſeruationibus Occidẽtalis & Orientalis Eccleſiæ. Et quæ imperitis videtur diſſonantia, nõ eſt reuera diſſenſio, ſed ſponſæ Chriſti Eccleſiæ varietate circũdatæ ornatus atq. formoſitas: qualẽ deſcribit loco citato S. Epiph.us & videre eſt in hiſtorijs. Et quia perſpectũ eſt omnibus, sacramẽtorum cæremonias & ritus quò ad ſubſtantiã, quibus vtitur Occidẽtalis Eccleſia, non eſſe desũpta à cõſuetudine Orientaliũ; ſicut & ritus Orientalium non eſſe deſumptos à conſuetudine Occidentalium; omnino quoq. certum eſt, omnes iſtos ritus & cæremonias in ſubſtantialibus eſſe traditionis Apoſtolicæ. Ita ſane ante ſchiſma cum vnitate fidei vigebat quoq. obſeruationũ varietas. Et poſt ſchiſma norũt, qui ineruditi nõ ſunt, cõtrouerſias & opiniones Orientalium, quibus ſe ab Occidentalibus ſeiũgunt,

non

non esse ex Apostolica sanctorumque Patrum traditione, sed Photij & sequacium esse inuenta; qui dissidium fundarunt permoti odio, & irati animi furijs. Itaque argumento colligitur ineuitabili; Quòd ex consensu Occidentalium & Orientalium in re Sacramentorum quò ad substantialia, necesse est vt hæc concordia pendeat ex communi traditione Apostolica. Dum ergo Lutheranus asserit, Has traditiones non esse probatas Christo, perinde est ac si diceret, leges Christi non esse probatas Christo; quæ non solum blasphemia est, sed vincit etiam pecudum stoliditatem.

καὶ διδασκαλία τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ἀλλ' εἶναι παρευρέματα τοῦ Φωτίου καὶ τῶν μαθητῶν του, ὁποῦ ἐσχίσθησαν διὰ πάθος, καὶ ὀργὴν, καὶ μῖσος. Ὅθεν συμπεραίνεται μὲ συλλογισμὸν ἀναγκαῖον, ὅτι συμφωνοῦντας εἰς τὴν οὐσιώδη τελετὴν τῶν ἑπτὰ μυστηρίων ἀνατολὴ καὶ δύσις, τοῦτο κρέμεται ἀπὸ κοινὴν παράδοσιν ἀποστολικήν. Τοὺς λοιποὺς λέγοντας, ὅτι ὁ Χριστὸς κατακρένει τούταις ταῖς παράδοσες, εἶναι ὡσὰν νὰ ἔλεγον· ὅτι ὁ χριστὸς κατακρένει τὴν ἰδίαν του νομοθεσίαν. καὶ εἶναι ὄχι μόνον βλασφημία, ἀλλὰ καὶ βοσκηματώδης ἀλογία.

BLAS-

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΙΒ.

Οτι οἱ Λαϊκοὶ πρέπει νὰ διαβάζουν τὴν ἁγίαν γραφὴν, διὰ νὰ ἐλπίζουν εἰς αὐτὴν αἰώνιον ζωήν.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA XII.

Debent Laici ſacram Scripturam legere, vt in ea ſpem habeant vitæ æternæ.

REFVTATIO.

ΤΟύτη ἡ βλασφημία κρέμεται ἀπὸ τὴν τρίτην· ὅτι διὰ νὰ εἶναι φανερὴ κατ' αὐτὸν ἡ θεία γραφὴ, πρέπει νὰ τὴν διαβάζουν ὅλοι. καὶ καθὼς ἡ ῥίζα ἐκείνη εἶναι φαρμακερὴ, ἔτζι καὶ τοῦτο τὸ παραβλάστημα. Ταύταις οἱ βλασφημίαις φέρουσιν ἀταξίαν καὶ σύγχυσιν, πρᾶγμα ἴδιον τῶν αἱρετικῶν, ὅλοι νὰ εἶναι ἑρμηνεῖς, ὅλοι νομοδιδάσκαλοι. πῶς τὸ λοιπὸν ἔβανε τρεῖς τάξες τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας ὁ Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος, καθαρτικὴν, φωτιστικὴν, καὶ τελειωτικήν; καὶ τρεῖς τάξες τῶν τελειουμένων, ἤγουν Κατηχουμένων, λαϊκῶν, καὶ μονα-

χῶν

HAec blaſphemia pendet à tertia. Poſito enim fundamento, quod Scriptura ſit aperta & plana; infert, legendam eſſe ab omnibus. Et quemadmodum radix eſt veneno infecta, ita plane & germen. Hæ blaſpemiæ peruertunt ordinem, & ingerunt confuſionẽ; quod eſt hæretico rum propriũ. Illi enim oẽs volunt interpretes, oẽs legis doctores; Cur ergo Dion. Areop. diuidit Hierarchiã Eccleſiaſt. in tres ordines, purgantẽ, illuminantẽ, & perficientẽ? quibus reſpondeãt tres ordines, nimirũ catechumeno- Cap. 5. de Hier. Ecc.

rum

rum, laicorum, & monachorũ? Si enim Scriptura legenda est à laicis, & sunt illi sibi duces, sibi magistri; non ergo ad illuminandos pertinent sed ad illuminãtes: Cum Areopagita dicat hos esse inconfusos ordines lege & decreto Apostolorum, iussu Dei.

Cap.1. de Hier.Ecc.

Quorsum ergo locus, quem citat Ioannis? Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me; vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Non dicit per hæc verba Christus, licitum esse laicis tractare Scripturam, vt spem habeant vitæ æternæ; sed ait: Vt credentes in eum habeant vitam æternam. Quomodo vero laici credere debeant, Apostoli sanxerunt, vt Areopagita docet; nimirum purgati, & illuminati per Ecclesiasticos. Videant hic omnes, vt à legibus Christi, & Apostolorum discedant hæretici confundendo Hierar-

Cap.5.40.

rar-

χῶν; ἂν ἔχουν οἱ λαϊκοὶ νὰ διαβάζουν τὴν θείαν γραφὴν δίχως ὁδήγησιν καὶ διδασκαλίαν, τὸ λοιπὸν δὲν εἶναι φωτιζόμενοι, ἀλλὰ φωτίζοντες· καὶ ὅμως ὁ Αρεοπαγίτης λέγει, ὅτι τούταις εἶναι τάξες ἀσύμφυρταις, ἤγουν ἀσύγχυταις ἀπὸ τὴν διαταγὴν καὶ νομοθεσίαν τῶν Αποστόλων μὲ ὁρισμὸν τοῦ θεοῦ.

Οθεν ἔξω λόγου ἀναφέρει τὸν τόπον τοῦ Ιωάννου· Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. δὲν λέγει ὁ Χριστὸς εἰς ταῦτα τὰ λόγια, νὰ ἔχουν ἐξουσίαν οἱ λαϊκοὶ ἀτοίσοις νὰ μεταχειρίζωνται τὴν γραφὴν διὰ νὰ ἐλπίζουν τὴν αἰώνιον ζωήν· ἀλλὰ λέγει, ὅτι πιστεύοντας εἰς αὐτὸν νὰ ἔχουν αἰώνιον ζωήν. καὶ πῶς ἔχουν νὰ πιστεύουν οἱ λαϊκοὶ, τὸ ἐνομοθέτησαν οἱ Απόστολοι κατὰ τὸν Αρεοπαγίτην Διονύσιον, ἤγουν καθαριζόμενοι καὶ φωτιζόμενοι ἀπὸ τοὺς ἐκκλησιαστικούς. Καὶ ἐδῶ ἂς νοήσῃ καθένας, πῶς τὰ νόμιμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Αποστόλων

στόλων

στόλων ταῦτα ἔλυσαν οἱ αἱρετικοὶ συγχέοντες τὴν τάξιν τῆς Ἱεραρχίας. ταῦτα εἶναι οἱ ψευδοδιδασκαλίαι, ταῦτα εἶναι οἱ μῦθοι. ἔτζι καὶ ὁ τόπος τοῦ Πέτρου· ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. δὲν λέγει, ὅτι οἱ λαϊκοὶ νὰ εἶναι αὐτοδιδάσκαλοι· ἀλλὰ νὰ ἠξεύρουν νὰ δίδουν λογαριασμόν, δηλονότι διδασκαλευμένοι ἀπὸ τοὺς κληρικοὺς κατὰ τὴν ἀποστολικὴν τάξιν. Ὁμοίως καὶ τὸ ῥητὸν τοῦ ψαλμοῦ· Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· δὲν συμφωνᾷ μὲ τὸν νοῦν τοῦ Λουτέρου, ὅτι ὁ προφήτης μακαρίζει τοὺς τελείους εἰς τὴν ἀρετήν· τὸ ὁποῖον λέγει ὁ Θεοδώρητος, δὲν εἶναι τῶν πολλῶν, ἀλλ᾽ ἐκείνων ὅσοι ἔσωσαν εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς. τί ἔχει νὰ κάμῃ τοῦτος ὁ μακαρισμὸς μὲ τὴν ἐξήγησιν τῶν Λουτερανῶν· ὅτι οἱ λαϊκοὶ ἵνα ἐρευνῶσι τὴν θείαν γραφήν; ὁ Δαβὶδ μιλεῖ διὰ ἐκείνους, ὁποῦ μὲ σπουδὴν φυλάττουν τὸν νόμον· τὸ ὁποῖον εἶναι χρεῶσται νὰ κάμνουν ὅλοι, καὶ ἐκκλησιαστικοὶ καὶ λαϊκοί· καὶ ὁ Λουτέρος τὸ ἐξηγᾷ εἰς τὴν νόησιν τοῦ νόμου· καὶ σύρνει τὸ ἠθικὸν εἰς τὸ θεωρη-

τι-

Hierarchiam Ecclesiasticam. Hæ sunt corruptelæ, hæ fabulæ, quas pseudomagistri tradunt. Locus etiam Petri, quem citat; nihil ad rem: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. (1. Pet. 3. 15.) Non enim permittit, vt laici sint sibi doctores; sed vult paratos esse ad reddendam rationem, nimirũ edoctos ab Ecclesiasticis iuxta ordinẽ Apostolicũ.

quoque esse illis affirmantibus, Papam non esse caput Ecclesiæ; Christum non fundasse Ecclesiam super Petrum; Christianis omnibus sumendam esse Eucharistiam sub vtraque specie. Vbi glomeratis hisce blasphemijs calumniatus est sanctos Patres, tunc exitiosissimum euomuit virus; Non esse, cur Papistæ adhibeant sanctorum Patrum auctoritates. Hæc mens, hic erat serpentis sensus, quando loquebatur cum Eua; Nequaquam, inquit, moriemini. Adæ dixerat Deus; Quocumque die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris: & serpens contra, Nequaquam moriemini. Ita Gerganus, Non esse inquit habendam fidẽ sanctis Patribus in ijs, quæ vnanimes docent afflati Spiritu sancto: Non enim, inquit Cyrillus Alexandrinus, loquebantur illi, sed ipse Spiritus sanctus.

Gen.3.4.

Gen.2.17

Quæ

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΜΖ.

Οτι οἱ Παπισαὶ δὲν πρέπει νὰ βάνουσι λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς πατέρες διὰ τὸ Καθαρτήριον, ὅταν λέγωσι νὰ προσευχώμεθα διὰ τοὺς νεκροὺς. διατὶ οἱ ἅγιοι λέγουσι, πῶς βοηθοῦσι τοὺς νεκροὺς οἱ προσευχαῖς, ἐπειδὴ καὶ ὁ θεὸς δὲν ἔδωκεν ἀκόμη τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν ἁπλῶν εἰς τοὺς ἀποθαμμένους.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA XLVII.

Non debent Papistæ proferre Sanctorum auctoritates, cum dicunt, orandum esse pro defunctis; & ex hoc inferre, Purgatorium dari. Nam sancti ideo dicunt, mortuos precibus iuuari, quia Deus nondum dedit dæmonibus plenam in mortuos potestatem.

REFVTATIO.

NOn poterat Satanas virulentius euomere malum. Dixerat Gerganus, Sanctos Patres negare Purgatorium, blasphemijs addẽdo blasphemias. Dixerat; si credendum sit Patribus de Purgatorio, credendum quo-

Δεν ἐμπόρει ὁ Σατανᾶς νὰ ῥίξῃ χειρότερον φαρμάκι. ἀφ᾽ οὗ εἶπεν, ὅτι οἱ ἅγιοι πατέρες δὲν λέγουσι νὰ εἶναι Καθαρτήριον, πολλαπλασιάζοντας ὁ παράνομος βλασφημίαν ἐπάνω εἰς βλασφημίαν. ἀφ᾽ οὗ εἶπεν, ὅτι ἂν πι-

πιστεύωμεν τῶν πατέρων διὰ τὸ Καθαρτήριον, πρέπει νὰ πιστεύωμεν καὶ εἰς τὰ ἄλλα ὁποῦ λέγουσιν, ὅτι ὁ πάπας δὲν εἶναι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι ὁ Χριστὸς δὲν ἐθεμελίωσε τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸν Πέτρον, ὅτι νὰ λαμβάνωσι τὴν κοινωνίαν ὅλοι οἱ Χριστιανοὶ μὲ ψωμὶ καὶ μὲ κρασί· ἀφ᾽ οὗ ἐσυκοφάντησε μὲ τόσαις βλασφημίαις καὶ ψευδολογίαις τοὺς ἁγίους πατέρες, τότε χύνει τὸ σατανικώτατον φαρμάκι λέγοντας· ἄρα δὲν πρέπει νὰ βάνουν οἱ Παπισταὶ λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς πατέρες. τοῦτο εἶναι αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ μίλημα τοῦ ὄφι πρὸς τὴν Εὔαν· Δὲν θέλετε ἀποθάνει. ὁ θεὸς εἶπε τοῦ Ἀδάμ, οἵαν ἡμέραν θέλεις φάγει ἀπὸ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, θέλεις ἀποθάνει· καὶ ὁ ὄφις εἶπεν· δὲν θέλετε ἀποθάνει. ὁμοίως καὶ ὁ Γεργαίος λέγει, νὰ μὴ πιστεύωμεν τῶν ἁγίων πατέρων εἰς ἐκεῖνα ὁποῦ μᾶς διδάσκουσιν συμφώνως φωτισμένοι ἀπὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ γάρ εἰσιν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, λέγει ὁ Ἀλεξανδρείας Κύριλλος, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ πνεῦ-

quoque esse illis affirmantibus, Papam non esse caput Ecclesiæ; Christum non fundasse Ecclesiam super Petrum; Christianis omnibus sumendam esse Eucharistiam sub vtraque specie. Vbi glomeratis hisce blasphemijs calumniatus est sanctos Patres, tunc exitiosissimum euomuit virus; Non esse, cur Papistæ adhibeant sanctorum Patrum auctoritates. Hæc mens, hic erat serpentis sensus, quando loquebatur cum Eua; Nequaquam, inquit, moriemini. (Gen. 3. 4.) Adæ dixerat Deus; Quocumque die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris: (Gen. 2. 17) & serpens contra, Nequaquam moriemini. Ita Gerganus, Non esse inquit habendam fidē sanctis Patribus in ijs, quæ vnanimes docent afflati Spiritu sancto: Non enim, inquit Cyrillus Alexandrinus, loquebantur illi, sed ipse Spiritus sanctus.

Quæ

Quæ vnquam Synodus vllum fidei dogma sanciuit, nisi fulta testimonijs & auctoritate sanctorum Patrum? Quis vnquam Christiano nomine ausus est proferre impiam hanc Gergani sententiam?

In fragment. Cõc. 1. Furibundus Arius nõ suscipiebat sanctorũ Patrum doctrinam, vt in secunda sua epistola scribit sanctus Alexander Alexandrinus Episcopus.

Concil. Ephes. Act. 1. Impius Nestorius affirmabat, sanctos Patres non exposuisse exactam Dogmatum veritatem.

Conc. vij. Act. 6. Perfidus Leo Isaurus cum sua pseudosynodo aiebat, errasse Ecclesiam in adhibenda veneratione sacris imaginibus, & inuocatione sanctorum.

Hoc igitur satanico sensu imbutus à Lutheranis Gerganus; Non esse, inquit, innitendum auctoritate sanctorum Patrum. At sacrosancta Concilia generalia in suis Acclamationibus vtebantur his vocibus: Hæc fides

πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ποία σύνοδος ἀποφάσισε ποτὲ κανένα δόγμα τῆς ἐκκλησίας δίχως τὴν διδασκαλίαν, καὶ ταῖς μαρτυρίαις τῶν ἁγίων πατέρων; ποῖος Χριστιανὸς ἀποκότησε ποτὲ νὰ εἰπῇ τὰ μιαρὰ λόγια τοῦ Γεργαίου;

Ὁ λυσσασμένος Ἄρειος δὲν ἐκαταδέχετο τὴν διδασκαλίαν τῶν πατέρων, ὡς γράφει εἰς ταῖς ἐπιστολαῖς του ὁ ἅγιος Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος.

Ὁ ἄθεος Νεστόριος ἔλεγεν, ὅτι δὲν ἑρμήνευσαν καλὰ τὰ δόγματα οἱ ἅγιοι πατέρες.

Ὁ δυσσεβὴς Λέων ὁ Ἴσαυρος μὲ τὴν ψευδοσύνοδόν του ἔλεγεν, ὅτι ἐπλανᾶτον ἡ ἐκκλησία νὰ ἀσπάζεται ταῖς ἁγίαις εἰκόνες, καὶ νὰ ἐπικαλῆται τοὺς ἁγίους·

Μὲ τοῦτο λοιπὸν τὸ φρόνημα τὸ σατανικὸν μαθητευμένος ἀπὸ τὸν Λούτερον ὁ Γεργαῖος λέγει, ὅτι δὲν πρέπει νὰ βάνωμεν λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς πατέρες. καὶ ὅμως εἰς τὰς ἐκφωνήσεις τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων ἔκραζαν οἱ πατέρες· Αὕτη ἡ πί-

ἡ πίστις τῶν Ἀποστόλων. Αὐτὴ ἡ πίστις τῶν πατέρων. μία λοιπὸν εἶναι ἡ πίστις τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πατέρων. καὶ ἂν πρέπει κατὰ τὸν Λουτερογεργάνον νὰ μὴ βάνωμεν λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς πατέρες, δὲν πρέπει ἀκόμη νὰ βάνωμεν λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς Ἀποστόλους, ὡσὰν διδασκάλους τῶν πατέρων. καὶ ἀπὸ τοῦ το ῥιζώνεται ἡ ἀρνησιθεΐα καὶ ἀπιστία· καὶ πάχει ὁ Γεργάνος νὰ κάμῃ τοὺς Χριστιανοὺς ἀπίστους καὶ ἀθέους· καὶ τίς νὰ ὑποφέρῃ τόσην βλασφημίαν; Λοιπὸν ἐπειδὴ φανερώτατα διδάσκουσιν οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Καθαρτηρίου, πρέπει ὡσὰν Χριστιανοὶ νὰ τοὺς πιστεύωμεν, καὶ νὰ τὸ ὁμολογοῦμεν, καὶ νὰ τὸ κηρύττωμεν μὲ ἔργα καὶ λόγια, ὄχι νὰ τὸ ἀρνούμεσθα κατὰ τὸ πεῖσμα καὶ τὴν δυσσέβειαν τῶν αἱρετικῶν.

Ὅθεν φανερώνεται καὶ ἐλέγχεται ἄνομη καὶ ψεματινὴ ἡ ἀπόκρισις ὅπου ἀναφέρει ὁ Γεργάνος, θέλοντας νὰ ἐξηγήσῃ, μὲ ποῖον νοῦν διδάσκουσιν οἱ πατέρες νὰ παρακαλοῦμεν διὰ τοὺς νεκρούς·

fides Apoſtolorum; Hæc eſt fides Patrum. Vna ergo eſt fides Apoſtolorum & ſanctorum Patrum. & ſi fidendum non eſt auctoritate Patrum, vt vult Luterogerganus; pari ratione dubitandum erit de auctoritate Apoſtolorum, à quibus ſancti Patres edocti ſunt. Ex quo ſequeretur Dei abnegatio & infidelitas. Et ad hoc incumbit Gerganus, vt Chriſtiani abiecta fide infideles & impij ſint. Quis verò ſine ſtomacho ferat horrendas blaſphemias? Cum ergo per SS. Patres habeamus Dogma Purgatorij tam aperte declaratū; credere illud, & fateri, & prædicare debent Chriſtiani omnes & verbo & facto, non impia hæreticorum peruicacia negare.

Ex quo etiam falſitatis conuincitur illa reſponſio à Gergano tradita; quo ſenſu ſancti Patres dicant, orandū eſſe pro defunctis:

Quia

Quia Deus, inquit, nondum concessit dæmonibus plenam in mortuos potèstatem. Hoc verò idem est, ac si diceret: Si populus roget iudicem, vt emittat detentos in carcere; preces populi nihil esse aliud, quàm quòd iudex adhuc non decreuerit iustis omnino pœnis reos afficere. Hunc sensum sine vllo rationis sensu didicit Gerganus in Academia Satanæ, vt impium dogma dissemina-ret; Nempe, sanctorum & Ecclesiæ preces non valere. Et sunt in hoc sensu blasphemiæ tres.

Prima, Quòd suffragia pro mortuis non prosint. Blasphemiam hanc planissimè & efficacissimè redarguit Areopagita in citato capite septimo de Hierarchia Ecclesiastica, dum exponit Theoriam de pia morte defunctis. Quæ, inquit, pro defun-ctis

κριτή· Διατί, λέγει, ὁ θεὸς ἀκόμη δὲν ἔδωκε τῶν διαβόλων ἀπλὴν ἐξουσίαν εἰς τοὺς ἀποθαμένους. ὡσὰν νὰ ἔλεγεν, ὅτι παρακαλῶντας τὸν κριτὴν ὁ λαὸς νὰ συμπαθήσῃ τῶν φυλακιασμένων, ἄλλο δὲν εἶναι ἡ δέησις, παρὰ μόνον πῶς δὲν ἀποφάσισεν ἀκόμη ὁ κριτὴς νὰ παιδεύσῃ τοὺς φυλακιασμένους ὁλόκληρα καθὼς τοὺς πρέπει.

Τοῦτον τὸν ἀνόητον νοῦν ἔμαθεν ἀπὸ τὸ διδασκαλεῖον τοῦ Σατανᾶ ὁ Γεργάνος διὰ νὰ σπείρῃ τὸ ἄθεον δόγμα, ὅτι τῶν ἁγίων καὶ τῆς ἐκκλησίας οἱ προσευχαὶ δὲν ἀξίζουν. καὶ περιέχει τοῦτος ὁ ἄθεος νοῦς τρεῖς βλασφημίαις.

Πρώτην, ὅτι δὲν ἀξίζουσιν οἱ προσευχαὶ τῆς ἐκκλησίας διὰ τοὺς νεκρούς. τούτην τὴν ἄχημην βλασφημίαν φανερώτατα καὶ ἁρμοδιώτατα τὴν ἀπελέγχει ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης εἰς τὸ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας κεφάλαιον ζ. ὁποῦ ἀναφέραμεν ἐπάνω; ἐξηγῶντας τὴν θεωρίαν τοῦ ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμη-

μνημοσύνων μυστηρίου, λέγοντας ἔτζι· Ὅτι τὰ γινόμενα διὰ τοὺς νεκροὺς θέλουν γελάσει οἱ ἀνίεροι, ἤγουν οἱ ἄπιστοι. ἀλλ' ἡμεῖς λέγει, βεβαιώνομεν, ὅτι ὅσοι ἐπέρασαν ἐδῶ ζωὴν ἱερωτάτην, εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα εἶναι μακάριοι. ὁμοίως ὅσοι μὴ ζώνοντας εἰς τὸ ἄκρον, ὅμως ἔκαμαν καλὴν ζωήν, ἀπολαμβάνουσι καὶ τοῦτοι τὸν ἄξιόν τους μισθόν. διὰ τὴν δικαιοσύνην τούτην ὁ Ἱεράρχης ὑμνεῖ τὸν Θεόν, ἀπέκει κάμνει εὐχὴν ἐπάνω εἰς τὸν νεκρόν, καὶ ἡ εὐχὴ εἶναι· Ὅτι ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ νὰ συγχωρήσῃ τοῦ νεκροῦ ὅσα ἥμαρτε δι' ἀνθρωπίνην ἀθένειαν, καὶ νὰ τὸν κατατάξῃ εἰς τόπον φωτὸς καὶ ζωῆς, εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ· εἰς τόπον ὅπου δὲν εἶναι βάσανον, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός.

Ἀλλὰ θέλεις, λέγεις, μοῦ εἰπεῖ· ἂν ἡ δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ ἀποδίδει καθενὸς κατὰ τὰ ἔργα ὁποῦ ἔκαμεν εἰς τὴν παροῦσαν ζωήν, ποία εὐχὴ ἐμπορεῖ νὰ ἀλλάξῃ τὴν δικαίαν ἀνταπόδοσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ νὰ μεταφέρῃ τὸν νεκρὸν

ἀπὸ

ctis fiunt, profani, hoc est infideles riderent. At nos, inquit, affirmamus, eos qui purissimam hic vitam duxerunt, in futuro sæculo fore beatos: eos quoque, qui si non ad summum, certè tamen pie vixerunt, recepturos mercedem suam. Pro hac iustitia hymnos Deo reddit Hierarcha; deinde preces fundit pro mortuo. Orat autem, vt diuina bonitas condonet mortuo quæcumque per fragilitatem humanam peccauit: & collocet eum in luce, & regione viuorum; in sinu Abraham, Isaac, & Iacob; vnde procul absunt cruciatus, dolores & lamenta.

At obijcias, inquit; Si Dei iustitia retribuit pro cuiusque operibus in præsenti vita peractis; quæ preces mutare poterint iustam Dei retributionem, & transferre mortuum

in alium statum præter illum, cui propter eius opera addictus est?

Et respondet ad hoc sanctus: Sat scio, inquit, reddendum esse vnicuique quod suis promeruit operibus, vt Scriptura docet. Verum Scriptura eadem tradit, Iustorum precibus iuuari in hac vita, non solum in futura, dignos tantum. Quid enim Sauli profuit Samuelis oratio, aut Hebræis prophetica oratio? Iuuantur ergo, inquit, magnopere secundum Scripturam in hac vita sanctorum precibus studiosi mandatorum Dei; iuuantur & vita functi iuxta traditionem sacrorum fidei magistrorum. Didicit enim, inquit, à Scriptura Hierarcha, beatam vitam retribui per diuinam iustitiam ijs, qui bene vixerunt; despiciente clementia Dei sordes, quibus se homo per fragilitatem inquinauit. Hęc

sciens

ἀπὸ ἕνα τέλος εἰς ἄλλο ἔξω ἀπ' ἐκεῖνο ὁποῦ τοῦ ἐγγίζει κατὰ τὰ ἔργα του;

Πρὸς τοῦτο ἀποκρίνεται ὁ ἅγιος καὶ λέγει· Ἠξεύρω καλὰ, ὅτι καθένας θέλει ἀπολάβει ἐκεῖνο ὁποῦ τοῦ ἐγγίζει κατὰ τὰ ἔργα του, ὡς τὸ λέγει ἡ θεία γραφή. ἀλλὰ καὶ ἡ ὁμοία γραφὴ μᾶς διδάσκει, ὅτι τῶν δικαίων αἱ προσευχαὶ ὠφελοῦσι μόνον τοὺς ἀξίους εἰς ταύτην τὴν ζωὴν, ὄχι μόνον εἰς τὴν ἄλλην. ἔτζι δὲν ὠφέλησε τὸν Σαοὺλ ἡ εὐχὴ τοῦ Σαμουὴλ, καὶ τοὺς Ἑβραίους ἡ προφητικὴ εὐχή. ὠφελοῦσι λοιπὸν περισσὰ κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, λέγει, τοὺς θεοφόβους τῶν ἁγίων αἱ προσευχαὶ εἰς τὴν ζωὴν ταύτην· ὠφελοῦσι καὶ τοὺς νεκροὺς κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν διδασκάλων τῆς πίστεως. Διατὶ ἔμαθεν ὁ ἱεράρχης ἀπὸ τὴν θείαν γραφὴν, πῶς ἡ δικαιοσύνη τοῦ θεοῦ ἀποδίδει ζωὴν μακαρίαν ἐκείνων ὁποῦ ἔζησαν καλὴν ζωὴν, μὴ μετρῶντας ἡ φιλανθρωπία του ταῖς ἀκαθαρσίαις ὁποῦ ἐμαγαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ ἀσθένειαν. ξεύροντας ταῦτα ὁ Ἱεράρχης,

ζητᾷ

ζητᾷ ὅμως νὰ τὰ κάμῃ ὁ Θεὸς, καὶ νὰ χαρίσῃ ἐκείνων ὁποῦ ἔζησαν καλὰ καὶ ὅσια τὴν καλὴν ἀνταμοιβήν· καὶ τὰ ζητᾷ ὁ Ἱεράρχης διὰ νὰ φανῇ πῶς μιμᾶται τὸν Θεὸν; ζητῶντας ἐκεῖνα ὁποῦ δίδει τῶν ἄλλων ὁ Θεὸς, ὡς χαρίσματα τοῦ ἑαυτοῦ του· καὶ αὐτὰ μὰ ξεύροντας, ὅτι τὰ ἀψευδῆ ταξίματα τοῦ Θεοῦ ἀποβαίνουσιν, φανερόνει πῶς τὸ ζήτημα ὁποῦ κάμνει τοῦ Θεοῦ νομίμως καὶ ὁσίως, δὲν ἐμπορεῖ νὰ λείψῃ εἰς ἐκείνους ὁποῦ ἔζησαν δίκαια. Διὰ τοῦτο δὲν κάμνει προσευχὴν διὰ τοὺς ἀνοσίους νεκροὺς, ὅτι δι᾽ αὐτοὺς δὲν τὸν ἀκούει ὁ Θεός.

Ἀπὸ ταύτην τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τοῦ Ἀρεοπαγίτου, τὴν ὁποίαν ἐξαπλώνει ὁ ἅγιος εἰς ἐκεῖνο τὸ κεφάλαιον μὲ τὴν ὑψηλοτάτην του εὐγλωττίαν, φανερόνεται τὸ βάρος τῆς βλασφημίας τοῦ Γεργανοῦ. ὅτι ἂν ἡ δέησις τῶν ἱερέων δὲν ὠφελεῖ τίποτε ταῖς ἀνόσιαις ψυχαῖς, καὶ ἐξ ἐναντίας κάμνει ὅτι ὁ Θεὸς νὰ μὴ μετρᾷ εἰς ταῖς ὅσιαις ψυχαῖς τὰ ἐλαφρὰ ἁμαρτήματα· τὸ λοιπὸν ἀξι-

ſciens Hierarcha, petit tamen ea fieri à Deo; donarique ſacras retributiones ijs, qui piè vixerunt. Petit verò vt imitator Dei tanquam in ſe collata, quæ donantur alijs; certoque ſciens implenda quæ Deus promiſit, notum facit omnibus, ea quæ ſecundum Dei legem petit, non defutura omnino ijs, qui vitam iuſtè traduxerunt. Idcirco pro impijs defunctis non fundit preces, non enim exaudiretur à Deo.

Ex hac Apoſtolica doctrina, quam in illo capite fusè declarat diuina ſua eloquētia Dionyſius, Gerganianæ blaſphemiæ pondus dignoſcitur. Si enim oratio ſacerdotum nihil prodeſt animabus impijs; facitque rurſus, vt quæ piorum animæ leuia peccata habent Deus non imputet: Valent ergo, & proſunt, & iuuant

preces Ecclesiæ pro non indignis defunctis. Quare ex sententijs Chrysostomi relatis, & cæteris sanctorum testimonijs in explanatione Capitum pro Florentino expositis, redarguitur impietas hæc doctrinæ Pseudocatechismi.

Secunda particularis Blasphemia in dicto Gergani est; Quòd auxilium, quo iuuantur animæ, intelligendum sit pro ijs animabus, in quas potestatem habebit Diabolus. At certum est, tales esse animas damnatorũ. Quomodo ergo dicebat Areopagita, pie defunctos iuuari orationibus, non autem impios; idest peccatores, vt scholiastes sanctus Maximus exponit? Cur etiam preces iustorum prosunt ijs tantum; qui digni sunt & capaces? Et si per Areopagitam verum est; Viuis si indigni sunt, nihil conferre orationes, vt è Scriptura, inquit, habemus; quanto magis

ἀξίζουσι, καὶ ἐνεργοῦσιν καὶ ὠφελοῦσιν αἱ προσευχαὶ τῆς ἐκκλησίας διὰ τοὺς μὴ ἀναξίους νεκρούς. Καὶ λέγοντας τόσα ὁ Χρυσόστομος εἰς τούτην τὴν ὑπόθεσιν, καθὼς ἀναφέραμεν, καὶ οἱ λοιποὶ ἅγιοι πατέρες ὁποῦ ἐξαπλώθησαν εἰς τὸ βιβλίον τῶν πέντε Κεφαλαίων, ἐλέγχεται ἡ ἀθεΐα τῆς ψευδοδιδασκαλίας τοῦ Γεργάνου

Δευτέρα μερικὴ βλασφημία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Γεργάνου εἶναι, ὅτι ἡ βοήθεια ὁποῦ λαμβάνουσιν οἱ ψυχαῖς, γρυκᾶται δι' ἐκείναις τὲς ψυχαῖς, εἰς ταῖς ὁποίαις ἔχει νὰ λάβῃ ἐξουσίαν ὁ διάβολος. ἀλλὰ τέτοιαις ψυχαῖς εἶναι κολασμέναις. Καὶ πῶς ἔλεγεν ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὅτι ὠφελοῦσιν οἱ προσευχαῖς τοὺς κατὰ θείαν ζωὴν τετελειωμένους, ὄχι τοὺς ἀνιέρους ἤγουν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ὡς ἐξηγᾷ ὁ ἅγιος Μάξιμος; Διατὶ τῶν δικαίων αἱ προσευχαὶ εἰς τοὺς ἀξίους ἱερῶν εὐχῶν ἐνεργοῦσι μόνον; καὶ ἂν εἶναι ἀληθινὸν κατὰ τὸν Ἀρεοπαγίτην, ὅτι δὲν ὠφελοῦσι τοὺς ζωντανοὺς αἱ προσευχαὶ ἂν εἶναι ἀνάξιοι, ὡς ἔχομεν λέγει ἀπὸ τὴν θείαν γραφήν, πόσῳ μᾶλ-

μᾶλλον πρέπει νὰ μὴν ὠφελοῦν ταῖς ἀμετανόηταις καὶ κολασμέναις ψυχαῖς;

Ταύτην τὴν ἀποστολικὴν καὶ καθολικὴν διδασκαλίαν ἑρμηνεύει λαμπρότατα καὶ ὁ Χρυσόστομος εἰς τοὺς τόπους ὅπου ἀνεφέραμεν διὰ τὴν με. βλασφημίαν, καὶ τὴν βεβαιώνει εἰς τὴν ἐξήγησιν τοῦ πρώτου κεφαλαίου τῆς β. πρὸς Κορινθίους λέγοντας· Ἀπὸ τούτου μανθάνομεν, ὅτι κἂν ἐλεεῖσθαι μέλλωμεν, ἀξίους τοῦ ἐλέου πρότερον παρέχειν ἡμᾶς αὐτοὺς χρή. κἂν γὰρ ἔλεος ᾖ, τοὺς ἀξίους ἐπιζητεῖ. καὶ ὅτι νὰ εἶναι οἱ κολασμένοι ἐλεημοσύνης ἀνάξιοι, εἰς πολλοὺς τόπους τὸ διδάσκει ὁ ἅγιος, καὶ ξεκαθαρισμένα εἰς τὸν τέταρτον λόγον ὅπου ἔκαμεν εἰς τὸν πλούσιον καὶ τὸν Λάζαρον· Ὅσα ἄν, λέγει, παρακαλέσωσι καὶ καθικετεύσωσιν οἱ μετὰ ἁμαρτημάτων ἐντεῦθεν ἀπαλλαγέντες, πάντα εἰκῆ καὶ μάτην λοιπὸν ἐροῦσιν. δῆλον γάρ, ὅτι οὐδὲν ἡμῶν ἐκεῖ προστήσεται, ἐὰν ἔργα μὴ ἔχωμεν ἀγαθά.

Καὶ

magis damnatorum animis sine pœnitentia defunctorum nil conferent?

Doctrinam hanc catholicam edisserit luculentissimè Chrysostomus in locis, quos ad 45. Blasphemiam attulimus; confirmatque in expositione primi capitis secundæ ad Corinthios, scribens: Hinc addiscimus, quòd etiam si nobis impendenda sit misericordia, prius reddere nos debemus misericordia dignos. Nam & si misericordia est, dignos tamen requirit. Damnatas verò animas esse misericordia indignas, multis locis docet Chrysostomus; planissimè autem oratione 4. in diuitem & Lazarum. Quascumque, Hom. 5. inquit, preces obsecrationesque fuderint, qui cum peccatis ex hac vita decesserunt, frustra erunt tunc temporis omnia, & nullam illa afferent vtilitatem · liquet enim, quòd si bonis operibus careamus, nihil ibi nobis præsidio erit.

Et Oratione iij. Satius, inquit, est è lingua nunc profluere sanguinem, quàm aquæ guttam cupientem tunc non posse fieri compotem desiderij. Satius nunc temporaneum perferre dolorem, quàm perpetuis interminatisque torreri cruciatibus. Sicut & Diuitis tunc lingua flammarum vi ardens nullum est adepta solatium.

Et Oratione 2. Pœnitentiam Diuitis vocat nullius consolationis capacem.

vers 8. Et in expositione Psalmi 48. Quid ergo? inquit; Superfluæ ne sunt orationes sanctorum? minime gentium; imo plurimum valent, dummodo illis tu quoque suppetias feras.

Serm. 43. Et in 19. caput Genesis; Nilhil, inquit, nobis pœnitentia proderit post hanc vitam. Vt scias autem, audi Prophetam dicentem; In inferno autem

Psal. 6. quis confitebitur tibi? Rursus; frater non redimit, redimet homo? Nemo

Psal. 48. erit, inquit, qui liberet sua

Καὶ εἰς τὸν γ. λόγον· βέλτιον, λέγει, νῦν αἷμα ῥέειν τὴν γλῶτταν, ἢ τότε σταγόνος ἐπιθυμοῦσαν μὴ δυνηθῆναι τῆς παραμυθίας ταύτης τυχεῖν. βέλτιον αὐτὴν πρόσκαιρον ὑπομεῖναι πόνον, ἢ διηνεκῆ καὶ ἀθάνατα τηγανίζεσθαι τότε· καθάπερ καὶ ἡ τοῦ πλουσίου τότε γλῶττα φλεγομένη παραμυθίας ἔτυχεν οὐδεμιᾶς.

Καὶ εἰς τὸν β. λόγον κράζει ἀπαρηγόρητον τοῦ πλουσίου τὴν μετάνοιαν.

Καὶ εἰς τὴν ἐξήγησιν τοῦ μη. ψαλμοῦ· Τί οὖν; λέγει, περιτταί εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων εὐχαί; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἰσχὺν ἔχουσαι, ὅταν αὐταῖς καὶ σὺ βοηθῇς.

Καὶ ἐξηγῶντας τὸ ιθ. κεφάλ. τῆς γενέσεως· Καὶ ἵνα μάθῃς, λέγει, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; Καὶ πάλιν· ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; οὐδείς φησιν, ἔσται ἐκεῖ λοιπὸν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν ὑπὸ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προδεδομένον, οὔτε ἀδελφὸς, οὔτε συγγενὴς, οὔτε πατὴρ, οὔτε αὐτοὶ οἱ δίκαιοι οἱ παῤ-ῥησίαν

ἐξουσίαν πολλὴν κεκτημένοι τότε συμβαλέσθαι τι δυνήσονται ἡμῖν. ἐὰν στῇ γάρ φησι, Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται.

Ταῦτα καὶ παρόμοια εἶναι γεμάτος ὁ Χρυσόστομος, καὶ οἱ ἅγιοι ἄλλοι πατέρες. καὶ ἂν εἰς τὴν κόλασιν δὲν εἶναι καμία παρηγορία, πόθεν ἐφαντάσθησαν οἱ Λουτερόφρονες, ὅτι ἡ διδασκαλία τῶν ἁγίων πατέρων νὰ παρακαλοῦμεν διὰ τοὺς νεκροὺς, γρυκᾶται διὰ ταῖς κολασμέναις ψυχαῖς;

Τρίτη μερικὴ βλασφημία· Ὅτι τῶν ψυχῶν ἡ κόλασις εἶναι, διατὶ ὁ Θεὸς δίδει καὶ θέλει δώσει τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν εἰς τοὺς ἀποθαμένους.

Καὶ ὁ Χρυσόστομος λέγει τὸ ἐναντίον εἰς τὸν β. λόγον τοῦ Λαζάρου. Ὅτι γὰρ, λέγει, οὐκ ἔστι ψυχὴν τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαν ὑπὸ τὴν τῶν δαιμόνων γενέσθαι τυραννίδα, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. τουτέστιν οὐκέτι ἁμαρτάνει. εἰ γὰρ ἐν τῷ σώματι οἰκοῦ-

sua proditum socordia, non frater, non propinquus, nõ pater; nõ iusti ipsi, qui multa pollent auctoritate, poterunt nobis tunc esse adiumento. Si enim, inquit steterit Noe, & Iob, & Daniel, filios suos & filias suas non liberabunt. Ezech. 14 20.

His ac similibus sententijs apud Chrysostomum & alios Patres videre licet, Damnatis nullum esse refrigerij modum. Vnde ergo finxit Lutherana futilitas, sanctos Patres monere vt oretur pro defunctis, idest pro animis damnatorum?

Tertia particularis blasphemia est; Quòd animarum damnatio consistat in potestate, quam Deus concedit & concedet dæmonibus in illas animas.

At Chrysostomus oppositum docet prædicto sermone in Lazarum 2. Quòd anima, inquit, egressa à corpore non sit dæmonum tyrannidi subiecta, Paulus docet, vbi ait; Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato; Rom. 6.7

 hoc

hoc eſt, non amplius peccat. Si enim animæ corpus incolenti vim inferre non poteſt diabolus, planum eſt nec egreſſæ vim poſſe inferre. At ſi damnatio nil aliud eſſet, quàm poteſtas diabolo conceſſa in animas, accepta plena poteſtate dæmones exercere poſſent quos vellent cruciatus in damnatos. At inferri vim à dæmone Chryſoſtomus negat. Non ergo conſiſtit damnatio in plena poteſtate conceſſa dæmonibus. Sed quia Dei iuſtitia reddit vnicuique iuxta opera eius; & iuſti deprecatio multum valet, vt docet Iacobus Apoſtolus; & per Areopagitam citato cap. 7. de Hierarchia Eccleſiiaſtica, Iuſtorum preces efficaces ſunt pro non indignis & viuis & vita functis: neceſſariò ſequitur, Preces ſupplicationesque Eccleſiæ vtiliſſimas eſſe: Et quando ſancti Patres monent, vt pro defunctis oretur, non intelligere poteſtatem plenè vel remiſſè conceſſam dia-

c 5.16.

οἰκούσῃ τῇ ψυχῇ βίαν ἐπαγαγεῖν οὐ δύναται ὁ διάβολος, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ ἀπηλθούσῃ. Τὸ λοιπὸν ἂν ἦτον ἡ κόλασις ἁπλῶς ἀπὸ τὸν Θεὸν εἰς τὴν ἐξουσίαν τῶν δαιμόνων, ἔπρεπε νὰ ἠμποροῦν οἱ δαίμονες νὰ κολάζουν ὡς τοὺς φαίνεται, ὡσὰν λάβουν πλήρη ἐξουσίαν· ἀλλὰ τοῦτο δὲν ἠμποροῦσι κατὰ τὸν Χρυσόστομον. δὲν στέκεται λοιπὸν ἡ κόλασις τῶν ψυχῶν, ὅτι δίδεται πλήρης ἐξουσία τῶν δαιμόνων. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ ἡ δικαιοσύνη ἀποδίδει καθενὸς κατὰ τὰ ἔργα του, καὶ ἡ δέησις τοῦ δικαίου ἰσχύει πολλὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἰάκωβον τὸν Ἀπόστολον, καὶ κατὰ τὸν Ἀρεοπαγίτην εἰς τὸ προειρημένον ζ. κεφάλαιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας, τῶν δικαίων αἱ προσευχαὶ ἐνεργοῦσιν εἰς τοὺς ἀξίους καὶ ζωντανοὺς καὶ ἀποθαμένους, εἶναι ἐξ ἀνάγκης ἀκόλουθον, ὅτι καὶ οἱ δέησες τῆς ἐκκλησίας νὰ εἶναι ὠφελιμώταται· καὶ διδάσκοντας οἱ ἅγιοι πατέρες νὰ παρακαλοῦμεν διὰ τοὺς νεκροὺς, δὲν γρικοῦσι διαβόλου ἐξουσίαν,

σίαν, ἀλλὰ ἐλάφρυσιν καὶ ἐλευθέρωσιν τῆς παιδεύσεως ὁποῦ πάσχουσιν οἱ μετανοημέναις ψυχαῖς ἀπὸ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτι ἂν λέγῃ τινὰς ἅγιος πατέρας εἰς κανένα τόπον, πῶς μὲ ταῖς προσευχαῖς καὶ ταῖς θυσίαις παρηγοροῦνται οἱ ψυχαῖς εἰς τὸν ᾅδην, ἐξ ἀνάγκης δὲν νοᾷ τὸν ᾅδην τῆς γεέννης, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ ᾅδου, ἀπὸ τὸ ὁποῖον ὡς σκοτεινὸν καὶ λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν δεῖται ἡ ἐκκλησία νὰ περάσουν οἱ μετανοημέναις ψυχαῖς εἰς τόπον φωτεινὸν καὶ χώραν ζώντων. ἔτζι εἶναι σύμφωνος ἡ διδασκαλία τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ λάμπει τὸ δόγμα τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ διαπτύεται ἡ αἱρετικὴ βλασφημία τοῦ Γεργάνου, ὅτι δὲν πρέπει νὰ βάνωμεν λογαριασμοὺς ἀπὸ τοὺς πατέρας.

diabolo, ſed leuamentũ miſeriarum, aut liberationem à pœnis, quas exigente Dei iuſtitia luunt animę de corporibus egreſſæ cum vera pœnitentia. Ex quo etiam perſpicuum fit; Sicubi quiſpiam ſanctorum Patrum dicat, obſecrationibus & ſacrificiјs releuari animas in inferno; inferni nomine ſine dubio intelligere non geennæ infernum; ſed inferni partem, ex qua veluti tenebricoſa & ærumnoſa rogat Eccleſia tranferri animas piè defunctorum in locum lucidum, & regionem viuorum. Ita ſibi conſtat Eccleſiæ catholicæ doctrina, fulgentque orthodoxiæ Dogmata, & refellitur hæretica Gergani blaſphemia, Quòd ſtandum non ſit dictis ſanctorum Patrum.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΜΗ.

Οτι τὰ βιβλία τῶν Μακκαβαίων δὲν λέγουσιν τὸ Καθαρτήριον.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA XLVIII.

Quòd libri Maccabæorum non astruunt Purgatorium.

REFVTATIO.

PRimo in SS. Maccabæos sermone habet Chrysostomus; Quòd è sanctorum illorum reliquijs tantus emicabat splendor, vt cæcos redderet diaboli oculos. Tunc excęcabatur Aduersarius, nunc Gerganus cum suis magistris fulgore sacræ historiæ Maccabæorum excæcatur: diabolus pauore, hæretici infidelitate. Vt de illis verè dicatur, oculos habent, & non videbunt. Et vnde tanta sensus orbatio? Habet sacer Maccabæorum textus libro

Psal. 113.

ΕΓκωμιάζοντας τοὺς ἁγίοις Μακκαβαίοις λέγει ὁ Χρυσόστομος εἰς τὸν α. λόγον· Οτι ἀπὸ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἐκείνων ἤστραπτε τότη λάμψις, ὁποῦ ἐτύφλωνε τὰ ὀμμάτια τοῦ διαβόλου. ἀλλὰ τότε ἐτυφλώνετον ὁ ἀντίδικος, τώρα ἐτυφλώθη ἀπὸ τὴν λάμψιν τῶν Μακκαβαϊκῶν ὁ Γεργάνος μὲ τοὺς διδασκάλοις του. Καὶ ἐτυφλώνετον ὁ διάβολος ἀπὸ φόβον, τοῦτοι τυφλώνονται ἀπὸ ἀπιςίαν, διὰ νὰ πληρωθῇ εἰς αὐτοὺς τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι καὶ οὐκ ὄψονται. καὶ πόθεν ἡ τόση ἀναι-

αἰαισθησία; λέγει εἰς τὸ ιβ. κεφάλαιον ἡ β. βίβλος τῶν Μακκαβαίων· Ὅτι εὑρέθησαν κάτω ὑπὸ τὰ ῥοῦχα τῶν φονευμένων Ἑβραίων εἰδωλικά· καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθησαν εἰς δέησιν οἱ Ἑβραῖοι νὰ μὴν ἀφανισθοῦσιν διὰ τὸ κρίμα ἐκεῖνο. καὶ ὅτι ὁ Ἰούδας ἔστειλεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα δύο χιλιάδες δραχμῶν εἰς θυσίαν διὰ τὰ πταίσματα τῶν νεκρῶν ἐκείνων μὲ ὅσιον καὶ εὐσεβῆ λογισμόν. ὅθεν, λέγει, ὁποῦ ἦρε τὸ συμπάθιον διὰ τοὺς νεκροὺς νὰ λυθοῦσιν ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν. ποῖος ἐμβρόντητος ἐμπορεῖ εἰς τούτην τὴν ἱερὰν ἱστορίαν νὰ ἀρνηθῇ τὸ δόγμα τοῦ Καθαρτηρίου; δέησις καὶ θυσία διὰ νὰ λυθοῦν τὰ ἁμαρτήματα, τί ἄλλο εἶναι παρὰ θεραπεῖαι καθαρτικαί, καὶ τρόποι νὰ καθαρίζουν τὰ μολύσματα τῆς μετανοημένης ψυχῆς, ὡς μαρτυρᾷ ἐξ ἀποστολικῆς διδασκαλίας ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ ψάλλει καθημερινὸν ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία; Αἰσχυνθήτωσαν οἱ αἱρετικοὶ εἰς τὴν θεληματικήν τους αἰαισθησίαν.

ΒΛΑΣ-

bro 2. capite 12. Quòd sub tunicis Iudæorum interfectorum inuenta fuerint donaria Idolorum. Quare Iudæi ad preces conuersi rogabāt, ne propter illud flagitium ad internicionē perirent. Quodque Iudas miserit Hierosolymam duo millia drachmas, vt offerretur sacrificium pro peccato mortuorum, pia & religiosa cogitatione; ex quo mortuis expiationem procurauerit, vt à peccato soluerentur. Quis quæso adeo stupidus, vt ex hac sacra historia Purgatorium neget? Preces & sacrificium, vt à peccatis mortui soluantur, quid aliud sunt, quàm curationis modi, quibus detergantur erratorū sordes in ijs animabus, quæ verè pœnitentes in Dei charitate decesserunt; vt ex Apostolorum doctrina se se accepisse scribit Areopagita, & Orientalis Ecclesia in quotidianis suis canit officijs? Pudeat hæreticos affectatę stoliditatis.

BLAS-

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΜΘ.

Ὅτι καλὰ καὶ νὰ ἔλεγαν τὸ Καθαρτήριον τὰ βιβλία τῶν Μακκαβαίων, ἐμεῖς δὲν ἀποδέχομεν τὸ ἄρθρα τῆς πίστεως ἀπ' ἐκεῖνα τὰ βιβλία, διατὶ δὲν εἶναι γεγραμμένα καὶ εἰς τὴν ἑβραϊκὴν γλῶτταν· διατὶ δὲν ἐφυλάσσοντα εἰς τὴν κιβωτὸν μὲ τὰ ἄλλα τῆς θείας γραφῆς· διατὶ ἀμφιβάλλουσιν αὐτοὶ οἱ Μακκαβαῖοι ἂν ἴσως ἔγραψαν καλὰ, πρᾶγμα ὁποῦ τινας προφήτης δὲν ἔκαμεν.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA XLIX.

Quamuis libri Maccabæorum astruerent Purgatorium, At nos ex eorum auctoritate non probamus fidei articulos; Quia non sunt hebraicè etiam scripti; Quia cum cæteris Scripturæ libris in Arca non asseruabantur; Quia vel ipse eorum Auctor dubitat, scripserit ne bene; quod nemo alius Propheta fecit.

REFVTATIO.

FVGIT Lutherus Purgatoriũ, vt rabidi canes aquam: vtque Purgatorium neget, negat fidem vniuersalis Ecclesiæ. Nimirum hic

Φεύγει ὁ Λουτέρος τὸ Καθαρτήριον, ὡς τὸ καθαρὸν ὕδωρ οἱ λυσσασμένοι. καὶ διὰ νὰ φύγῃ τὸ Καθαρτήριον, ἀρνεῖται τὴν πίστιν τῆς οἰκουμενι-

μερικῆς ἐκκλησίας. ἔθος οἱ αἱρετικοὶ διὰ νὰ φύγουσι τοὺς ἐλέγχους, ἢ φθείρουσιν τὰ ἱερὰ βιβλία, ἢ τὰ ἀρνοῦνται. εἴπαμεν εἰς τὴν ἀπόκρισιν πρὸς τὴν ἕκτην του βλασφημίαν, ὅτι διὰ νὰ γνωρίσῃ τινὰς τὰ Κανονικὰ βιβλία, πρέπει νὰ ἰδῇ εἰς τί συμφωνεῖ ὅλη ἡ ἐκκλησία καὶ δυτικὴ καὶ ἀνατολική, ὄχι τί ἀμφίβαλλεν ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα ἅγιος, ἴσως ἀκολουθῶντας μερικὴν γνώμην τινῶν, ἢ δὲν ἔχοντας ἀκόμη τὴν ἀπόφασιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἡ ἀνατολικὴ καὶ δυτικὴ ἐκκλησία ἐδέχθη πάντοτε ὡς ἱερὰν γραφὴν τὰ Μακκαβαϊκά, καθὼς παρέδωκε σιμὰ εἰς τοὺς ἀνατολικοὺς ὁ ὕστερος κανὼν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. βιβλία παλαιότατα τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ ἑλληνικὰ καὶ λατινικὰ περιέχουσι τὰ Μακκαβαϊκά. μὲ ποίαν τόλμην ἀποκότησεν ὁ ἀσεβὴς Λουτέρος νὰ τὰ ἀρνηθῇ; καὶ ὁ μιαρὸς Γεργαῖος ἔχοντας τὴν διδασκαλίαν τοῦ μεγάλου φωστῆρος Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὸ ἐγκώμιον τῶν Μακκαβαίων, ὅπου εἰς τὸ

τέλος

hic mos hæreticorum est; ne coarguantur eorum deliria, vel sacros libros corrumpere, vel omnino negare. Diximus supra ad 6. Blasphemiam, spectandum esse ad dignoscēdos libros Canonicos, nō quid senserit & scripserit hic vel ille Pater, sed quid vniuersalis Ecclesia sentiat. Dubitarūt enim olim de quibusdā libris Canonicis quidam Patres, fortasse particularē aliquorū secuti opinionem, vel nondū habentes perspectū vniuersalis Ecclesiæ sensum. Tamē & Orientalis & Occidentalis Ecclesia pro canonicis sēper habuit libros Maccabæorū, quemadmodū docet vltimus apud Græcos Apostolorū Canon: & vetustiss. codices veteris testamēti cōtinēt & græcè & latine Maccabæorū libros. Qua ergo frōte Lutherus ausus est negare hanc veritatem? Quid de Gergano dicam? Poterat homo nequā colligere hoc ex vltimis Greg. Naziāzeni verbis Orat. in Maccabæos.

Ex-

Exhortatione enim vtens ad imitandum; Vt, inquit, Deus laudetur in nobis & per Vetus & per Nouum: vbi Maccabæorum historiam vocat rē Veteris Testamenti; licet in Carminibus taceat de libris Maccabæorum, sicut etiam de Apocalypsi. Quomodo igitur Gerganus præ oculis habens radium splēdidissimi Theologię luminaris, sponte secutus est tenebras atheologi Lutheri?

At Maccabæorum libri, inquit, non sunt hebraicè scripti. Contra S.Hieron. in præfatione in librum Regum, repertum a se ait hebraicum primum Maccabæorum librum; secundus, inquit græcus est. Vnde vero habet Gerganus, omnes Testamenti veteris libros esse conscriptos hebraicè? Libros Tobiæ, & Iudith Chaldæo sermone scriptos testatur S. Hieronymus in librorum eorūdem præfationibus. Librū Iob mixtum inquit ex Hebraico, Arabico & Syriaco sermone: Danielē, & Esdrā lit-

τέλος προξένει εἰς τὸ παράδειγμά τους λέγοντας· ἵνα διὰ παλαιᾶς καὶ νέας εὐδοκιμῇ θεὸς ἐν ἡμῖν. καὶ κράζει τὴν ἱστορίαν τῶν Μακκαβαίων ἱστορίαν τῆς παλαιᾶς διαθήκης· καλὰ καὶ εἰς τοὺς στίχους νὰ μὴν ὀνομάζῃ τοὺς Μακκαβαίους, καθὼς οὐδὲ τὴν Ἀποκάλυψιν. πῶς λοιπὸν ὁ Γεργαΐνος ἔχοντας τὴν λαμπρὰν διδασκαλίαν τοῦ θεολογικωτάτου λαμπτῆρος ἐσκοτίσθη θεληματικῶς μὲ τὸν ἀθεολόγον Λούτερον;

Δὲν ἐγράφησαν, λέγει, τὰ Μακκαβαϊκὰ καὶ ἑβραϊκῶς. καὶ ὅμως γράφει ὁ ἅγιος Ἱερώνυμος εἰς τὸν πρόλογον τῶν Βασιλειῶν, ὅτι τὸ πρῶτον βιβλίον τῶν Μακκαβαίων τὸ εὗρεν ἑβραϊκόν· τὸ δεύτερον, λέγει, εἶναι ἑλληνικόν. ἀπέχει μὴ νὰ ἐγράφησαν ὅλα τῆς παλαιᾶς εἰς γλῶτταν ἑβραϊκήν; τὸ βιβλίον τοῦ Τωβὶτ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ἱερώνυμος, ἐγράφη χαλδαϊκῶς, ὁμοίως καὶ τῆς Ἰουδὴθ, τοῦ Ἰὼβ εἶναι μεμιγμένον ἀπὸ ἑβραϊκὸν, ἀραβικὸν, καὶ συριακόν. ὁ Δανιὴλ λέγει, καὶ ὁ Ἔσδρας ἐγράφησαν μὲ χαρακτῆρα γραμ-

γραμμάτων ἑβραϊκῶν εἰς γλῶσσαν χαλδαϊκήν. ποῖον εἶναι, ἄρα τὸ ἐπιχείρημα· Οτι δὲν ἐγράφησαν ἑβραϊκῶς τὰ Μακκαβαϊκὰ, τὸ λοιπὸν δὲν εἶναι θεία γραφή; καὶ ὅτι νὰ μὴν ἐφυλάσσονται εἰς τὴν κιβωτὸν, δὲν ἀναγκάζει τὸν Χριστιανὸν, ὁποῦ πιστεύει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὄχι τῶν Εβραίων. οἱ Εβραῖοι δὲν ἐδέχοντα τινὰ τοῦ Δανιὴλ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ιερώνυμος εἰς τὸν πρόλογον τοῦ Δανιήλ. οἱ Εβραῖοι δὲν ἔβαλαν εἰς τὴν κιβωτὸν, ὡς λέγει ὁ Δαμασκηνὸς, τὴν Σοφίαν τοῦ Σολομῶντος καὶ τοῦ Σειράχ· οὐδὲ ἐδέχοντα διὰ κανονικὰ τὸν Τωβὶτ καὶ τὴν Ιουδὴθ· ὡς φαίνεται ἀπὸ τὸν ἅγιον Ιερώνυμον εἰς τὸν πρόλογον τῶν βιβλίων τοῦ Σολομῶντος· ὅθεν οὐδὲ ταῦτα ἐβάνοντα εἰς τὴν κιβωτόν. Καὶ ὅμως ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τὰ δέχεται διὰ κανονικά. δὲν ἀξίζει λοιπὸν τὸ ἐπιχείρημα· δὲν ἐφυλάσσοντα εἰς τὴν κιβωτὸν τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἄρα δὲν εἶναι κανονικά. ὅτι καθὼς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία δέχεται διὰ κανονικὰ καὶ ἄλλα βιβλία

litteris quidem hebraicis, ſed Chaldæo ſermone cõſcriptos. Quale ergo argumentum eſt; Maccabæorum libros non eſſe in Canone, quia non ſunt hebraicè ſcripti?

Quod verò non aſſeruarentur in Arca, nil mouet Christianum; qui non Hebræis, ſed Eccleſiæ fidem præſtat. Danielis partem Hebræi non numerant inter Prophetica, vt ſanctus Hieronymus ait Præfatione in Danielem. Sapientiam Salomonis & Sirach Hebræi non aſſeruabant in Arca, vt teſtatur Damaſcenus. Tobiã & Iudith pro Canonicis nõ habebant; vt patet ex Præfatione Hieronymi in libros Salomonis & Iudith: Quare nec illos in Arca reponebant. Attamen Eccleſia Catholica pro Canonicis habet. Non valet ergo argumentum; In Arca non aſſeruabantur libri Maccabæorum, ergo ſunt extra Canonem. Sicut enim Catholica Eccleſia recipit

De fid. orthod. lib. 4 cap. 18.

vt

vt Canonicos alios quoq; libros, qui non asseruabantur in Arca; ita & libros Maccabæorum recenset in Canone, sicut & Danielem agnoscit Prophetam. Et est plane admiratione dignum; Quòd, vt diximus ad Blasphemiam 6. magnus Pater S. Augustinus conceptis verbis doceat, Maccabæorum scripturã non haberi quidem à Iudæis sicut legem & Prophetas & Psalmos, sed esse ab Ecclesia receptam; & vilissimus homuncio Lutherus cum sua synagoga nugẽtur oppositum. Sed quemadmodum Lutherus non erubuit infame scelus Apostasiæ proiecto habitu & instituto S. Patris Augustini; depositaque cuculla seduxit monialem Deo dicatam, sibique per summum sacrilegium copulauit, ex eaque suscepit perditionis filios: ita quoque doctrinæ gloriosissimi sui Patriarchę apostatam se præstitit, & auaritiæ actus rabie bonam conscientiam repulit; ac proinde circa fidem nau-

βλία ὁποῦ δὲν ἐφυλάσσοντα εἰς τὴν κιβωτὸν, ἔτζι δέχεται καὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, καθὼς ἔχει καὶ διὰ προφήτην τὸν Δανιὴλ. Καὶ εἶναι θαυμαστὸν, ὅτι ὁ μέγας πατὴρ ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος νὰ λέγῃ, καὶ νὰ μαρτυρᾷ, καὶ νὰ διδάσκῃ φανερώτατα, ὡς εἴπαμεν ἐπάνω εἰς τὴν ς. βλασφημίαν· Ὅτι τὰ Μακκαβαϊκὰ δὲν τὰ δέχονται οἱ ἑβραῖοι, ἀλλὰ τὰ δέχεται ἡ ἐκκλησία· Καὶ ὅμως ἕνα ἀσεβὲς ἀνθρωπάριον ὁ Λουτέρος μὲ τοὺς μωρομαθηταῖς του νὰ φλυαροῦσι τὸ ἐναντίον. ἀλλὰ καθὼς ἀποστάτησεν ὁ Λουτέρος ἀπὸ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ἐπάγγελμα τοῦ μεγάλου πατρὸς Αὐγουστίνου, καὶ ἔρριψεν ὁ ἄθεος τὸ μοναχικὸν κουκούλι, καὶ ἐξεπλάνεσε μίαν καλογραίαν ἀφιερωμένην τοῦ Θεοῦ, καὶ μὲ ταύτην ἐπαιδοποίησεν ὁ παμμίαρος· ἔτζι ἀποστάτησε καὶ ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν τοῦ πατρός του τοῦ Αὐγουστίνου, καὶ μεθυσμένος ἀπὸ τὴν λύσσαν τῆς φιλαργυρίας καὶ κακῆς συνειδήσεως ἐναυάγησε περὶ τὴν πίστιν, ἐτάραξεν τὰ ἀποστολικὰ δόγ-

δόγματα, ἐκαταπάτησε νομοθεσίαις πατέρων, ἐσύγχυσεν ἔθνη καὶ πόλεις, καὶ ψυχαῖς ἀναριθμήταις, καὶ ἀπὸ Χριστοῦ πρόβατα ἔκαμε τοὺς αἰθρώπους ἐρίφια τοῦ Σατανᾶ. Τούτου τοῦ λαοπλάνου καὶ ἀποστάτου καὶ προδρόμου τοῦ ἀντιχρίστου τὰ ἀντίθεα δόγματα κηρύττει ὁ παντέρημος Γεργανός, μὴ νοῶντας τί, καὶ πῶς, καὶ πόσον βλασφημᾷ, καὶ ὅτι ἔκαμεν τὸν ἑαυτόν του ὄργανον τοῦ διαβόλου καὶ προδότην ἐκείνης τῆς πίστεως, ὁποῦ ἔλαβεν ἐξηγημένην ἀπὸ τοὺς ἁγίους οἰκουμενικοὺς διδασκάλους ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία. Καὶ μένει ἀνίκητος ἀλήθεια, ὅτι ἀπὸ τὴν θείαν γραφὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν βιβλίων ἔχομεν τὴν ἀληθινὴν διδασκαλίαν τοῦ Καθαρτηρίου. καὶ ὁποῖος ἀρνεῖται τὴν ἐξουσίαν τῶν Μακκαβαϊκῶν, δείχνει τὸν ἑαυτόν του ἀποστάτην, καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀντίδικον.

Τὸ τρίτον ὁποῦ λέγει, πῶς ἀμφιβάλλουσιν οἱ Μακκαβαῖοι, ἂν ἴσως ἔγραψαν καλά, τὸ ὁποῖον δὲν ἔκα-

μεν

naufragauit, & Apoſtolica dogmata oppugnauit, Patrum decreta proculcauit, confuſionem orbi Chriſtiano peperit, innumerabiles animas decepit, & Chriſti oues mutauit in hædos ſatanæ. Huius ſeductoris, perduellis, & pręcurſoris Antichriſti deteſtanda dogmata profert nobis inſulſiſſimus Gerganus, non intelligens, quid, quomodo, quantum ve blaſphemet; ſeque factum Diaboli organum, & proditorem illius fidei, quam & à ſacris Eccleſiæ Doctoribus explanatam accepit Orientalis Eccleſia. Ita inuicta elucet veritas, Quòd è ſacris Maccabæorum libris veram de Purgatorio doctrinam habemus: & qui librorum illorum negat auctoritatem, declarat ſe ſe apoſtatam, & catholicæ veritatis rebellem.

Denique quod tertio loco obijcit, Maccabaicorum ſcriptorem ambigere, num bene ſcripſerit; quod non fecit alius ſcri-

Z ptor

ptor Canonicus: ex magna oritur ineruditi hominis inſcitia. Poſtrema ſecundi Maccabæorum libri verba ſic habent: Ego quoque in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem aptè & appoſite conſcripſi, hoc & ipſe volebam. Si verò ſtilo ſum vſus tenui & humili, ego præſtare hoc potui. Apte & appoſite ſcribere, tenuique ac humili ſtilo vti, non ſunt voces addubitantis rite an ſecus Auctor hiſtoriam ſcripſerit; ſed ambigẽtis de locutione & phraſi, an ſermone græcanico ſit aptè vſus. Secundum quippe librum Maccabęorum fuiſſe gręcè ſcriptum teſtatur, vt dictum eſt, ſanctus Hieronymus; primum vero ait viſum à ſe Hebraicum. Dubitat ergo ſcriptor de græci ſermonis proprietate & elegantia, quòd homo hebræus peregrina ſcripſerit lingua, & non dubitat de veritate hiſtoriæ fideliter & piè ſcripta; vt perperam Lutherani intelligunt ex

Prefat. in lib. Regum

impe-

με τινὰς προφήτης· γεννᾶται ἀπὸ ἀμαθίαν καὶ ἀλογίαν πολλήν. Τὰ ὕστερα λόγια τοῦ β. τῶν Μακκαβαίων εἶναι ταῦτα· Καὶ αὐτὸς αὐτόθι καταπαύσω τὸν λόγον. Καὶ εἰ μὲν καλῶς καὶ εὐθίκτως τῇ συντάξει, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἤθελον. εἰ δὲ εὐτελῶς καὶ μετρίως, τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι. Καλῶς καὶ εὐθέτως τῇ συντάξει, καὶ εὐτελῶς καὶ μετρίως, δὲν σημαίνουσιν ἀμφιβολίαν ἂν ἐσυνέθεσε τὴν ἱστορίαν ὁ συγγραφεὺς καλὰ ἢ κακά· ἀλλὰ ἀμφιβολίαν διὰ τὴν φράσιν, ἂν ὁ συγγραφεὺς ἐμεταχειρίσθη καλὰ τὸν ἑλληνισμόν· ὅτι καθὼς εἴπαμεν, λέγει ὁ ἅγιος Ἱερώνυμος, πῶς τὸ πρῶτον βιβλίον τῶν Μακκαβαϊκῶν τὸ εἶδεν ἑβραϊκόν· καὶ τὸ δεύτερον, λέγει, ἐγράφη ἑλληνικῶς. ἀμφιβάλλει λοιπὸν ὁ συγγραφεὺς, ἂν ἐφύλαξε καλὰ τὸν ἑλληνισμὸν ἄνθρωπος ἀλλογενὴς ἑβραῖος εἰς τὴν ξένην γλῶσσαν, καὶ δὲν ἀμφιβάλλει ἂν ἔγραψε τὸν νοῦν καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἱστορίας καλὰ καὶ σωστά, ὡς ἐκακογρύκησαν οἱ Λουτε-

ρανοὶ

ραῖοι ἀπὸ ἀμαθίαν τῆς ἑλληνικῆς γλώττης.

Ετζι διὰ τὸν ἑαυτόν τυ ἔγεαφε τῶν Κορινθίων ὁ Απόστολος· Οτι αἱ μὲν ἐπιστολαί φησι βαρεῖαι καὶ ἰχυραὶ, ὁ δὲ λόγος ἐξουθενημένος.

Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἔγεαφεν τῦ σοφιστοῦ Λιβανίυ, ὅτι ἡ θεία γραφὴ περιέχει νοιοῦ μὲν ἀληθῆ, λέξιν δὲ ἀμαθῆ.

Μάλιστα αἱ ἔλεγεν ἀκόμη ὡσὰν ἀμφιβάλλοντας ὁ ἅγιος Παῦλος διὰ τὸν ἑαυτόν τε· δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν.

Καὶ ὁ ἅγιος Πέτρος εἰς τὴν δευτέραν τῦ ἐπιστολήν· Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες.

Καὶ εἰς τὰ ὕστερα λόγια τῆς πρώτης τυ ἐπιστολῆς· διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγεαψα.

Καὶ εἰς τὸ εὐαγγέλιον ὁ θεολόγος· ὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.

Λοιπὸν γεάφοντας εἰς τῦτον τὸν τρόπον οἱ κορυφαῖοι,

imperitia græcismi.

Ita Corinthijs Aposto- 2. Cor. 10. 10.
lus de se ipso scribebat; Quòd epistolæ quidem, iuquit, graues & fortes, sermo autem contemptibilis.

Et Basilius magnus Libanio sophistæ scribebat, sacræ Scripturæ sensum esse verum, sermonem non elegantem.

Imo si quasi dubitans Apostolus de se ipso dice- 1. Cor. 7. 40.
bat; Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.

Et sanctus Petrus in 2.
sua epistola; Et habemus Cap. 1. 19.
firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes.

Et in calce suæ prioris 21. 25.
epistolæ; Per Siluanum, inquit, fidelem fratrem, vt arbitror, vobis breuiter scripsi.

Et Ioannes in Euangelio; Nec ipsum, inquit, arbitror mundum capere posse libros, qui scribendi essent.

Itaque si Apostolorum Coryphæi similibus loquendi modis vtuntur,

Cur Lutherani asserunt, Nullum prophetam esse cum dubitatione locutum; cum præsertim in illis verbis secundi Maccabæorum dubitatio sit non de veritate historiæ, sed de structura & phrasi græca?

Ita norunt hæretici cum Deo pugnare & ignorantiæ & blaspemiarum telis.

πῶς λέγουσιν οἱ Λυτεραίοι, ὅτι κανεὶς προφήτης δὲν ἐμίλησε μὲ ἀμφιβολίαν; ὄντας μάλιστα ἡ ἀμφιβολία τῶν Μακκαβαίων ὄχι διὰ τὸν νοῦν, καθὼς εἴπαμεν, ἀλλὰ διὰ τὴν σύνταξιν, ἤγουν τὴν φράσιν καὶ τὸν ἑλληνισμόν;

Ετζι ἔμαθαν οἱ αἱρετικοὶ νὰ θεομαχοῦσιν καὶ ὡς ἀπαίδευτοι, καὶ ὡς βλάσφημοι.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Ν.

Οποιος ἀποθαίνη εἰς μετανοιαν ζώνεται (τουτέστιν ἀμέσως) διατὶ εἶναι ὑιὸς θεοῦ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA L.

Quisquis acta pœnitentia moritur, saluus est (intelligit, immediatè) quia filius Dei est per sacrum baptisma, & sanctam Communionem.

REFVTATIO.

ΤΟ θεμέλιον τῆς αἱρετικῆς φρενοβλαβείας περιβάλλει, ὅτι δύο μόνον τάξες εἶναι δίχως τὶ μέσον, ζωζομένων καὶ κολαζομένων. ὅστις ἀποθαίνῃ μὲ ἁμαρτίαις, κολάζεται· ὅστις ἀποθαίνῃ εἰς μετανοιαν, ζώζεται. Καὶ τοῦτο εἶναι ὡσὰν νὰ ἔλεγαν· ὁ ἄνθρωπος ἢ ζωντανός εἶναι ἢ ἀποθαμένος· τὸ λοιπὸν ἄλλο δὲν εἶναι παρὰ ζωὴ καὶ θάνατος, κόσμος καὶ τάφος. καὶ καθὼς λέγοντας τοῦτο δείχνουσι μεγάλην ἀνοησίαις, δια-

HOc est oppugnationis Purgatorij hæreticum fundamentum; Quòd duo tantum sint ordines sine vllo medio, beatorum & damnatorum. Qui in peccato, inquit, moritur, damnatur; Qui pœnitens moritur, saluus est. Ac si dicerent: Homo vel viuus, vel vita functus est. Non datur ergo, nisi vita & mors, lucis vsura & tumulus. Et sicut ita dicendo, temere se loqui osten-

dunt: est enim quoddam intermedium, ægrotatio; interque vitam & mortem, lectulus ægri; cum tamen ægrotus viuat; sed tamen purgatione, medela, & curatione indigeat. Ita non agnoscendo alias animas, nisi beatorum & damnatorum, delirant; nam omittunt medias; nimirum illas, quæ viuæ quidem, sed ægrotæ sunt. Quarum temporaneus locus est per metaphoram lectulus, ille scilicet tertius locus ad purgationem curationemque accommodatus. Qui non est perpetua sedes, aut vltimus homini terminus; sed medium quid, quasi apparatus ad obeundam æternæ vitæ hæreditatem ab ijs animabus, quæ summum sanctitatis gradum non assecutæ in hac vita, recesserunt affectæ quibusdam fragilitatis humanæ maculis. vt in sæpe citato capite docet Areopagita. In quo duos ordines declarat consequentium salutem; eorum, qui inteqer-

6. de Hierar. Eccl.

διατὶ εἶναι τὸ μεθόριον ἡ ἀῤῥωστία, καὶ τὸ μέσον τοῦ κόσμου καὶ τοῦ τάφου ἡ κλίνη· καὶ ὅμως ὁ ἄῤῥωστος δὲν εἶναι νεκρὸς, ἀλλὰ ζωντανὸς, καὶ ἔχει χρεία καθάρσεως, ἰατρείας καὶ θεραπείας. ἔτζι μὴ μετρῶντας ἄλλαις ψυχαῖς, παρὰ μόνον ταῖς σωζομέναις καὶ κολαζομέναις, δείχνουσιν οἱ ἀνόητοι ἐσχάτην ἀναισθησίαν, ὅτι ἀφήνουσι ταῖς μέσαις, ἤγουν ταῖς ζωντανᾶις καὶ ἀῤῥώσταις· τῶν ὁποίων ὁ προσκαιρὸς τόπος εἶναι μεταφορικῶς ἡ κλίνη, ἤγουν ὁ τρίτος τόπος διὰ νὰ καθαρισθοῦσι καὶ νὰ θεραπευθοῦσι. Καὶ τοῦτος ὁ τρίτος καὶ μέσος τόπος δὲν εἶναι παντοτινὸς, οὐδὲ λῆξις ἐσχάτη, ἀλλ᾽ εἶναι μέσος, ἤγουν στράτα καὶ ὁδοποίησις εἰς τὴν οὐράνιον λῆξιν τῶν μὴ τελείως ζησαίτων ἱεροπρεπεστάτην ζωὴν, ὡς διδάσκει ὁ Ἀρεοπαγίτης εἰς τὸ πολλάκις προειρημένον ἕβδομον κεφάλ. περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, εἰς τὴν θεωρίαν ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων. ὅπου ἐξηγᾶ ταῖς δύο τάξες τῶν σωζομένων, τῆς ἱεροπρεπεστάτης ζωῆς, καὶ τῆς ἱερᾶς ὄχι μὲ ἄκραν τελειό-

λειότητα. εἰς ταῖς ὁποίαις δύο τάξες ἀναφέρονται οἱ τρεῖς τάξες, ὁποῦ βάνει ὁ θεολόγος εἰς τὸν λόγον τὸν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα· τρεῖς τάξεις οἶδα, λέγει, τῶν σωζομένων, δουλείαν, μισθαρνίαν, υἱότητα. Λοιπὸν οἱ δύο τάξες τῶν σωζομένων, τελείων καὶ μὴ τελείων πνίγουσι τὴν ἀσέβειαν τῶν αἱρετικῶν. διότι ἂν οἱ ψυχαῖς τῆς δευτέρας τάξεως μισεύουσιν ἀπὸ τὰ κορμία τους μὲ κάποια ψιλά, ὡς ἐξηγᾷ ὁ ἅγιος Μάξιμος, καὶ ἐλαφρὰ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἁμαρτήματα, τὸ λοιπὸν ὄχι πᾶσα μετάνοια εἰς τούτην τὴν ζωὴν παστρεύει τὴν ψυχὴν καὶ ἀπ' ὅλα τὰ ἐλαφρὰ ἁμαρτήματα. ὅθεν μένοντας τέτοια ψυχὴ εἰς κάποιον τρόπον ἀκάθαρτη, δὲν ἠμπορεῖ παρευθὺς νὰ εἰσέβῃ εἰς τὸν οὐρανὸν κατὰ τὸ ῥητὸν τῆς Ἀποκαλύψεως· δὲν ἐμβαίνει εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ τίποτε μεμολυσμένον: χρειάζεται λοιπὸν τέτοια ψυχὴ κάθαρσιν ὡς ὑερράστη καὶ μεμολυσμένη. τὴν κάθαρσιν εἶναι ἀδυνάτον νὰ τὴν

gerrimam duxere vitam; & eorum, qui summã non attigere perfectionem. Ad quos duos ordines reducuntur tres illi, quos docet Gregorius Nazianzenus oratione in sanctum Baptisma: Tres, inquit, ordines noui peruenientium ad salutem; seruorum, mercenariorum, & filiorum. Duo igitur ordines saluandorum, perfectorum & non perfectorum suffocant impietatem hæreticam. Si enim secundi ordinis animæ recedunt à corporibus cum leuibus quibusdam, vt scholiastes Areopagitę sanctus Maximus explicat, idest venialibus fragilitatis humanæ peccatis; constat non omnem in hac vita pœnitentiam liberare animam à cunctis, etiam leuibus peccatis. Manens igitur talis anima cum maculis non potest illico in cælestem recipi patriam iuxta illud; Non intrabit in eam aliquod coinquinatum. Opus ergo habet purgatione huius-

De his duobus ordinibus Nyssen. ser. de infantib qui cito rapiũtur.

Apoc. 21. 27.

καὶ μεγάλα· καὶ πῶς πᾶσα ψυχὴ μετανοημένη καὶ χωρισμένη ἀπὸ τὸ κορμὶ δὲν ἔχει καμίαν ἀπαστρίαν ἢ θανασίμου ἢ συγνωστοῦ ἁμαρτήματος· ὅτι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον πᾶσα μετανοημένη ψυχὴ ἤθελεν ἔχει παρευθὺς ἄδειαν νὰ περνᾷ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. τώρα ὁ αἱρετικὸς οὔτε τὸ ἔδειξεν, οὔτε ἐμπορεῖ νὰ τὸ δείξῃ, ἔχοντας ἐναντίον τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ταῖς μαρτυρίαις καὶ τὰ παραδείγματα τῶν ἁγίων πατέρων, τῆς ἀνατολικῆς μάλιστα ἐκκλησίας τὰ καθημερινὰ ψάλματα, τόσαις ἱστορίαις, καὶ τὰ ὁσημέραι συμβάματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς. Δὲν σώνει λοιπὸν καθ' ἑαυτήν της πᾶσα μετάνοια· οὐδὲ σώνει νὰ εἶναι ὁ χριστιανὸς διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ εἶναι ἀναγκαῖον ἄλλο τίποτε διὰ ταῖς ψυχαῖς τῆς δευτέρας τάξεως. Τοῦτο εἶναι τὸ πρῶτον κεφάλαιον, ὁποῦ ἐλέγχει τὴν βλασφημίαν ταύτην.

Δεύτερον κεφάλαιον εἶναι, ὅτι τῶν μετανοούντων δίδε

ἡ ἐκ-

quamuis pœnitentiam emundari pœnitentem à quauis macula, & maiori & minori; omnemque animam egressam è corpore cum pœnitentia, liberam esse omni sorde, mortali & veniali. Ita enim omnis anima per pœnitentiam apta esset ad beatitudinem mox adeundam. Sed hoc ipse nec probauit, nec probare potest; cum aduersetur illi traditio Apostolica, testimonia & narrationes sanctorum Patrũ; quotidiana Ecclesię, præsertim Orientalis officia, tot historiæ, & horis omnibus humanæ vitæ exempla. Itaque nuda omnis pœnitentia non sufficit; nec satis est, vt Christianus per baptismũ sit filius Dei; sed opus est aliquid aliud pro secundi ordinis animabus. Ita ex hoc primo capite reuincitur blasphemia 50.

Reuincitur præterea ex altero capite; Nam pœnitentibus iniunguntur ab Ecclesia satisfactionis opera pro grauitate peccatorum;

Chrysost. 2. Cor. 7. in morali.

torum;

torum; vt patet ex Canonibus Basilij magni, aliorumq. Patrũ apud Grecos. Quod quidem semper obseruatũ est ex Apostolica traditione. Constat enim ex priori epistola ad Corinthios, ei qui sui patris vxorem habuit, fuisse iniunctum ab Apostolo satisfactionis opus, vt explicat ibi etiam Chrysostomus; nimirum tradendo illum satanæ in interitum carnis. Deinde vbi pœnitens per iniunctam satisfecit pœnam, reuocatus fuit à Paulo, inquit Chrysostomus, in caput 5. prioris ad Corinthios; & in 2. posterioris. Cum igitur pœnitentia & peccatorum confessio annexũ habeãt satisfactionis debitũ pro qualitate delictorum, si fidelis quispiam secundi ordinis è vita discedat cum pœnitentia, & emissa peccatorum confessione, non soluto tamen satisfactionis debito pro peccatis; omnino eius anima nec statim potest beatitudinem consequi; impedit enim debi-

ἡ ἐκκλησία τὰ ἐπιτίμια καὶ τοὺς κανόνες κατὰ τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν, καθὼς τὸ δείχνουσιν οἱ κανόνες τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ ἄλλων πατέρων. Καὶ τοῦτο ἐκ νομοθεσίας καὶ παραδόσεως ἀποστολικῆς, ὡς εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὴν προτέραν πρὸς Κορινθίους, ὅπου ὁ Απόστολος δίδει ἐκείνου ὁποῦ ἐπόρνευσε μὲ τὴν μητρυιάν του διὰ κανόνα καὶ ἐπιτίμιον, καθὼς ἐκεῖ ἐξηγᾷ καὶ ὁ Χρυσόστομος, νὰ παραδοθῇ τοῦ Σατανᾶ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. καὶ ἀφ᾽ οὗ ἐκεῖνος ἐμετανόησε, τότε λέγει, τὸν ἐλευθέρωσεν ὁ Παῦλος ἀπὸ τὸ ἐπιτίμιον. ἐπειδὴ λοιπὸν ἡ μετάνοια καὶ ἡ ἐξομολόγησις ἔχουσιν ἀκόλουθον τὸ ἐπιτίμιον καὶ τὸν κανόνα κατὰ τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν, ἂν τινὰς Χριστιανὸς τῆς μέσης τάξεως ἀποθάνῃ μετανοημένος καὶ ἐξομολογημένος δίχως νὰ ἔχῃ πληρωμένον τὸ χρέος τοῦ κανόνος τῶν ἁμαρτιῶν του, ἐξ ἀνάγκης οὔτε τὸν οὐρανὸν ἐμπορεῖ παρευθὺς νὰ κληρονομήσῃ ἡ ψυχή του, ὅτι τὸ χρέος ἐμποδίζει, καὶ ἡ δικαιοσύνη

τοῦ

τῷ Θεῷ δὲν εὐχαριστήθη· οὔτε ἐμπορεῖ μὲ δίκαιον νὰ κολασθῇ, ὅτι εἶναι μετανοημένη. Τὸ λοιπὸν εἶναι χρεία νὰ πληρωθῇ τὸ χρέος, καὶ τότε νὰ ἀπολαύσῃ. Δὲν ζώνει λοιπὸν ἐκεῖνο ὅπου λέγει ἁπλῶς ὁ αἱρετικὸς, Ὅστις ἀποθάνῃ εἰς μετάνοιαν ζώνεται. διότι ἂν ἀποθάνῃ εἰς μετάνοιαν δίχως πληρωμὴν τοῦ κανόνος, δὲν ζώζεται παρευθὺς, ἀλλὰ μετὰ τὴν πληρωμὴν τοῦ χρέους εἰς τὸ Καθαρτήριον.

Καὶ εἶναι φανερὸν, ὅτι λέγοντας ἡ γραφὴ, πῶς ἀπὸ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, λέγει καὶ διδάσκει τὴν δύναμιν τῶν μυστηρίων· ὅτι ἀπὸ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ἔχει δύναμιν τὸ βάπτισμα νὰ λειώνῃ τὰ ἁμαρτήματα· καὶ ἀπὸ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ἔχει δύναμιν τὸ μυστήριον τῆς μετανοίας νὰ λειώνῃ τὰ ἁμαρτήματα· ὄχι δίχως βάπτισμα ἢ πόθον τοῦ βαπτίσματος, καὶ δίχως μετάνοιαν νὰ λειώνωνται. ἐπειδὴ λοιπὸν καὶ τὸ ἐπιτίμιον

debitum nondum solutum, cum iustitiæ Dei nondum satisfactum sit; nec iure potest etiam detrudi in infernum, cum sit anima pœnitentiæ dono munita. Necesse igitur est solui debitum, vt perueniatur ad vitam. Itaque non satis est, quod simpliciter ait hæreticus; Quisquis acta pœnitentia moritur, saluus est. Nam si acta pœnitentia moriatur non soluto satisfactionis debito, non statim saluus, idest beatus est; sed assequitur hoc persoluto debito in purgationis loco.

Atque ideo clarum est, quòd cum Scriptura ait; In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum: docet, Virtutem Sacramentorum oriri è Christi sanguine. Baptismus enim vi sanguinis Christi delet peccata. Similiter sacramentum Pœnitentiæ vi sanguinis Christi tollit peccata; non quòd sine baptismo, aut saltem eius voto, &

Eph.1.7. Col.1.14.

Ἐπειδὴ λοιπὸν ὁ Ἀπόστολος κατ᾽ οὐδένα τρόπον μιλεῖ διὰ τὰ ἄψυχα, ἀλλὰ ἢ διὰ τοὺς Ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοὺς δαίμονας· ἢ διὰ τοὺς δικαίους μόνον καὶ τοὺς ἁμαρτωλούς. καὶ εἰς κάποιον τρόπον ἁμαρτωλαῖς ψυχαῖς ἐδείξαμεν ἀπὸ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν τοῦ Ἀρεοπαγίτου καὶ ἀπὸ τὸν Χρυσόστομον, ὅτι εἶναι καὶ ἐκεῖναις, ὁποῦ εὑρίσκονται μὲ ἐλαφρὰ ἁμαρτήματα εἰς τὸ καθαρτήριον· ἐξ ἀνάγκης ὅτε λέγει ὁ Ἀπόστολος· Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· κατὰ τὸν Χρυσόστομον νοᾷ καὶ

λέ-

Quid sibi vult, Cælestium, terrestrium, & infernorum? idest, vniuersus mundus; & Angeli, & homines, & dæmones: vel, & iusti & peccatores. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris; nimirum, omnes hoc dicant. Hic patet, Chrysostomum non agnoscere in Pauli verbis prosopopæiam.

Cum igitur Apostolus non loquatur de inanimis; sed vel de Angelis, hominibus, & dæmonibus; vel solum de iustis & peccatoribus; & peccatorum nomine suo modo notari didicimus illas etiam animas, quæ leuioribus pollutæ maculis in Purgatorio sunt; omnino fatendum est; quando Apostolus dicit; Omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: sensum esse, vt Chrysostomus ait; Omnem iustum in cælo & in terra; & omnem peccatorem in terra & sub terra

debe-

debere se Christo submittere. Sunt ergo sub terra, qui leuibus inquinati peccatis Christo se submittunt & confitentur. Damnati verò non confitentur, dicente Propheta; In inferno quis cõfitebitur tibi? Ergo velit nolit Lutherus fateri cogitur, Peccatores sub terra confitentes, idest suã sponte fatentes & laudantes Christum esse animas Purgatorij. Siquidem confiteri, vt Chrysostomus explicat, est gratias agere, laudare, celebrare Deum, eiusque beneficia enarrare. & Gerganus ipse fatetur, duobus modis laudari Deum à creaturis, sponte quidem ab Angelis & à sanctis, non sponte verò à dæmonibus. Cum ergo dicit Apostolus; Et omnis lingua confiteatur; loquitur de laudatione Angelorum & sanctarum animarum. Et lingua infernorum confitentium neces-

Ps. 6.5.

in psal. 104. 105. 106.

λέγει· ὅτι πᾶσα δίκαιος εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὴν γῆν, καὶ πᾶσα ἁμαρτωλὸς καὶ εἰς τὴν γῆν καὶ κάτω ἀπὸ τὴν γῆν νὰ ταπεινωθῇ τοῦ Χριστοῦ. εἶναι λοιπὸν ἁμαρτωλοί τινες κάτω ὑπὸ τὴν γῆν, ὅπου ταπεινοῦνται τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐξομολογοῦσι τὸν Χριστόν. ἀλλ᾽ οἱ κολασμένοι δὲν ἐξομολογοῦνται, ὅτι λέγει ὁ Προφήτης· Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; τὸ λοιπὸν θέλῃ δὲν θέλῃ ὁ Λουτέρος, πρέπει νὰ ὁμολογήσῃ, ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ὅπου εἶναι κάτω ὑπὸ τὴν γῆν, καὶ ἐξομολογοῦσι, ἤγουν θεληματικῶς ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι τὸν Χριστὸν, εἶναι οἱ ψυχαῖς τοῦ καθαρτηρίου. μάλιστα σμίγοντας ὁ Γεργάνος, ὅτι τὰ κτίσματα δοξάζουν εἰς δύο τρόπους τὸν θεὸν, ἑκουσίως οἱ Ἄγγελοι καὶ οἱ ἅγιοι, ἀκουσίως οἱ δαίμονες· καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται· καὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι ἑρμηνεύει ὁ Χρυσόστομος, ὅτι εἶναι εὐχαριστία, αἶνος, καὶ ὕμνος μὲ διήγησιν τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ θεοῦ· κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην πρέπει τὸ ἐξο-

ἐξομολογεῖσθαι νὰ εἶναι ἴδιον τῶν Ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων, ὄχι τῶν κολασμένων. καὶ λέγοντας ὁ Παῦλος, Ὅτι καὶ ἡ γλῶσσα τῶν καταχθονίων ἐξομολογήσηται, νοᾶ κατὰ τὸν Χρυσόστομον ψυχαῖς ἁγίαις κάτω ὑπὸ τὴν γῆν. ἁγίαις λέγω, καλὰ καὶ μὲ κάποιαν ὀλίγην ἁμαρτίαν, ἢ χρέος, διὰ τὰ ὁποῖα καθαρίζονται, καὶ ἐξομολογοῦνται τῷ θεοῦ ἑκουσίως.

Βλασφημᾶ λοιπὸν κατὰ τὸν Χρυσόστομον ὁ Γεργανὸς λέγοντας, ὅτι δὲν γρυκᾶ ὁ Ἀπόστολος καθαρτήριον εἰς ἐκεῖνα τὰ λόγια πρὸς Φιλιππησίους.

neceſſariò intelligenda eſt animarum ſub terra ſanctarum; ſanctarum inquam, ſimpliciter, licet aliquo modo peccatricum.

Itaque blaſphemat Gerganus, dum aſſerit; Apoſtolum per illa verba non indicare Purgatorium.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Νϛ.

Οτι λέγοντας ὁ ἅγιος Παῦλος· Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; δὲν λέγει διὰ καθαρτήριον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν καιρὸν τῶν Ἀποστόλων ἀκόμη δὲν ἦσαν ναοὶ, ἀλλὰ μόνον κοιμητήρια, βαπτίζοντας ἐκεῖ τὰ παιδία, τὰ ἐβύπτιζαν ἐπάνω τῶν νεκρῶν. ὅτι τὸ, ὑπὲρ, ἐδῶ σημαίνει τὸ ἐπάνω.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA LVI.

Apostolus per illa verba; Alioquin quid facient, qui
1.Cor.15.29. *baptizantur pro mortuis? non docet Purgatorium. Verum quia tempore Apostolorum nondum erant templa, sed Cœmeteria tantum, & in illis baptizabant infantes, sensus Pauli est; Quòd baptizabantur infantes super mortuorum sepulcra.*

REFVTATIO.

ESto; literalis huius dicti sensus non sit de Purgatorio; & si Gerganus somniat, Catholicos aliter sentire. At Lutheranos quid iuuat excitare sopita Marcionistarum deliria? Moris erat illis, vt narrat Chrysostomus in expositione

Ἔστω νὰ μὴν εἶναι τοῦ Ἀποστόλου ὁ νοῦς διὰ τὸ καθαρτήριον· καλὰ καὶ ὁ Γεργαῖος ὀνειρεύεται γράφοντας, ὅτι οἱ ὀρθόδοξοι λαμβάνουσι τὰ λόγια ταῦτα ἱστορικῶς διὰ τὸ καθαρτήριον. ἀλλὰ διατί μιμοῦνται οἱ Λουτεραῖοι τὰ μυθολόγια τῶν Μαρκιωνιστῶν;

στῶν; εἶχαν συνήθειαν αὐτήτην ἐκεῖνοι οἱ αἱρετικοὶ, καθὼς μαρτυρεῖ ὁ Χρυσόστομος ἐξηγῶντας τὸν ἀναφερόμενον τόπον, ἂν ἤθελε τύχει νὰ ἀποθάνῃ τινὰς ἀπ' αὐτοὺς κατηχούμενος, ἤγουν ἀβάπτιστος, νὰ κρύβουν ἕνα ζωντανὸν κάτω ἀπὸ τὸν κράββατον τοῦ νεκροῦ, καὶ τότε νὰ ἐρωτοῦσι τὸν νεκρὸν, ἂν θέλῃ τὸ βάπτισμα. ἀπεκρίνετο λοιπὸν ὁ ζωντανὸς διὰ τὸν νεκρὸν, ὅτι ἤθελεν· καὶ ἔτζι ἐβάπτιζαν τὸν ζωντανὸν ἀντὶ τοῦ νεκροῦ. καὶ ἔλεγαν τοῦτοι οἱ αἱρετικοὶ, πῶς τὸ ἔκαμναν κατὰ τὸν λόγον τοῦ Παύλου, Οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν.

Τώρα λέγουσιν οἱ Λουτεράνοι, ὅτι μὴ ἔχοντας ναοὺς τὸ παλαιὸν οἱ Χριστιανοὶ, ἐβάπτιζαν τὰ παιδία εἰς τὰ κοιμητήρια. καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Απόστολος, Οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν· ἤγουν ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἐπάνω τῶν νεκρῶν. οἱ Μαρκιωνισταὶ ἐβάπτιζαν κάτω ὑπὸ τοὺς νεκροὺς, οἱ Λουτεραῖοι λέγουσίν, ἐπάνω ἀπὸ τοὺς νεκρούς. ἐμωρολογοῦσαν ἐκεῖνοι κακοερμηνεύοντας

tione huius dicti; siquis apud illos defunctus esset catechumenus, mortui iacentis sandapilæ hominē supponere viuum: deinde interrogare mortuum, num vellet baptizari. Respōdebat pro mortuo viuus, velle: atque ita viuus baptizabatur pro mortuo. & morem hunc probabant illi hæretici ex allato Pauli loco, [illegible]

[illegible]

Et ita quidem Marcionistæ, Lutherani vero nūc asserunt; Morem vetustissimum fuisse Christianis non habentibus Ecclesias, sed cœmeteria, baptizare in illis. Proinde Apostolū dixisse; Qui baptizantur pro mortuis; idest iuxta expositionem Lutheranorum, super mortuos. baptizabant ergo Marcionistæ subter mortuos; Lutherani vero dicunt, super mortuos. Delirabant illi peruertētes dictum Apostoli, & exponentes; Pro mortuis, idest, loco mortuo-

rum. Delirant isti affirmantes; Pro mortuis, significare, super mortuos.

Quod vero Apostolorum tempore non essent Ecclesiæ Christianis, fabulosum est. & ne longius vagemur; In eadem epistola ad Corinthios prima inquit Apostolus; Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. mox, Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?

Cap. 11. 20. 22.

Quod exponens Chrysostomus; En, inquit, quarta reprehensio, quòd non solum pauperibus, sed Ecclesiæ quoque inferatur iniuria. Sicut enim dominicam cœnam facis priuatam, ita & locum, vtens Ecclesia veluti domo. Hic certe secundum Chrysostomum, Apostolus vocat Ecclesiam non congregationem Christianorum, sed congregationis locum.

Rur-

τας τὸ ῥητὸν τοῦ Παύλου, καὶ λέγοντας, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ἤγουν εἰς τόπον τῶν νεκρῶν. μωρολογοῦσι καὶ τοῦτοι λέγοντας, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ἤγουν ἐπάνω ἀπὸ τοὺς νεκρούς.

Ὅτι νὰ μὴν εἶχασι ναοὺς οἱ Χριστιανοὶ τὸν καιρὸν τῶν Ἀποστόλων, εἶναι παραμύθιον. καὶ διὰ νὰ μὴν ξεμακραίνωμεν, λέγει ὁ Ἀπόστολος εἰς ἐκείνην τὴν ὁμοίαν ἐπιστολήν, τὴν πρώτην πρὸς Κορινθίους εἰς τὸ ια. κεφάλαιον· Συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. ἀπ' ἐκεῖ· μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε;

Καὶ ὁ Χρυσόστομος ἐξηγῶντας· ἰδού, λέγει, τετάρτη κατηγορία, ὅταν μὴ πένητες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία ὑβρίζηται. ὥσπερ γὰρ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἰδιωτικὸν ποιεῖς, οὕτω καὶ τὸν τόπον πάλιν ὡς οἰκίᾳ τῇ ἐκκλησίᾳ κεχρημένος. ἰδοὺ ὁ Ἀπόστολος κατὰ τὸν Χρυσόστομον κράζει ἐκκλησίαν τὸν τόπον, ὄχι τοὺς Χριστιανούς.

Πά-

Πάλιν εἰς τὸ ιδ. κεφάλ. λέγει ὁ Ἀπόστολος· αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. ἀπέκει· εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. Κάμνει ἀντίθεσιν ὁ ἀπόστολος τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ οἴκου, τόπου πρὸς τόπον.

Καὶ τὸ μαρτυρεῖ φανερώτατα ὁ Ἀρεοπαγίτης γράφοντας εἰς τὸ, ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας· Ὅτι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἢ ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἢ τοῦ ἱερατείου ἔψαλλαν τὰ νεκρόσιμα, καὶ εἰς ἄλλον τόπον ἔθαπταν.

Εἶχασι λοιπὸν οἱ Χριστιανοὶ τὸν καιρὸν τῶν Ἀποστόλων ναοὺς, ἐκκλησίας, ἱεροὺς τόπους, ἱεροὺς οἴκους, οἴκους προσευχῆς, εὐκτήρια, κυριακὰ, καὶ μὲ ὅσα ἄλλα ὀνόματα κράζονται εἰς ταῖς ἱστορίαις ἔξω ἀπὸ τὰ κοιμητήρια. καὶ φλυαροῦσιν εἰς ὅλα οἱ Λουτεράνοι διαστρέφοντας τὰ λόγια τοῦ ἀποστόλου, καὶ λογιάζοντας μὲ τοῦτο νὰ φύγουσιν οἱ ἄθλιοι τὸ ἀποστολικὸν δόγμα τοῦ Καθαρτηρίου.

Rurſus cap. 14. Mulieres in Eccleſijs taceant. v. 34. 35.
Deinde; Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. vbi Apoſtolus opponit locum loco, Eccleſiam domui.

Quod etiam Areopagita manifeſtiſſimè indicat cap. 7. De Hierarchia Eccleſiaſtica, narrans alio loco, nimirum in Eccleſia, deponi corpus defuncti ad habendum pro eo exequiarum cultum, & in alium locum deferri ad ſepulturam.

Erant ergo Apoſtolorum tempore præter cœmeteria Eccleſiæ, templa, ſacra loca, ſacræ ædes, Oratoria, Dominica, & ſi quo alio nomine vocantur in hiſtorijs: & nugantur plane Lutherani detorquentes verba Apoſtoli, & exiſtimantes hac techna euitare ſe poſſe Dogma Apoſtolicum Purgatorij.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΝΖ.

Οτι λέγοντας ὁ Απόστολος· Εκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει, καὶ τὰ ἑξῆς· δὲν λέγει Καθαρτήριον.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA LVII.

1. Cor. 3. 13. *Per illa verba; Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit: Apostolus intelligit sacram Scripturam, non Purgatorium.*

REFVTATIO.

HIc est celeberrimus ille locus, qui grauem disputationis materiam præbuit vniuerso Sancto Florentino Concilio, dum de Purgatorij dogmate ageretur. Redacta vero fuit summa expositionis horũ verborũ in duos explanãdi modos. Vnum Chrysostomi pro Orientalibus alterum Patrum Occidẽtalium prȩsertim Augustini. ideoq. satis erit in prȩsenti horum duorũ auctoritas.

Τοῦτος εἶναι ὁ πολυθρύλλητος τόπος ὁποῦ ἔδωκε πολλὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσεως εἰς τὴν ἁγίαν οἰκουμενικὴν σύνοδον τῆς Φλωρεντίας διὰ τὸ Καθαρτήριον· καὶ ἔχει δύο τρόπους ἐξηγήσεως, ἕνα τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ ἄλλον μάλιστα εἰς τοὺς δυτικοὺς τοῦ Αὐγουστίνου. Οθεν φθάνει εἰς τὸ παρὸν τῶν δύο τούτων ἡ ἐξήγησις.

Cen- Κα-

Κρατεῖ ὁ Χρυσόστομος, ὅτι τὰ λόγια τοῦ ἀποστόλου· Εἴ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. εἴ τινος τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός.

Τοῦτα λέγω τὰ ἀποστολικὰ λόγια κρατεῖ ὁ Χρυσόστομος νὰ ἔχουσι τοῦτον τὸν νοῦν· Ὅτι ἐπειδὴ ἦσαν τινὲς, ὁποῦ κατὰ τὸν Ὠριγένην ἐπίστευαν νὰ ἔχῃ τέλος ἡ κόλασις· καὶ ἐπρόφερον τὸν παρόντα τόπον τοῦ ἀποστόλου, ὁποῦ φαίνεται νὰ διδάσκῃ τέλος κολάσεως λέγοντας· Αὐτὸς δὲ σωθήσεται ὡς διὰ πυρός· διὰ τοῦτο διὰ νὰ ἀπορρίψῃ τὴν αἱρετικὴν ταύτην γνώμην, ἐξηγᾷ καὶ λέγει ὁ Χρυσόστομος· Ὅτι ὁποῖος ἔχει πίστιν ὀρθὴν, καὶ ἔργα κακὰ, δὲν θέλει τὸν ὠφε-

Censet Chrysost. verba Apostoli: Siquis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur; & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. — 1. Cor. 3. 12.

Hæc inquam Pauli verba putat Chrysostomus hunc sensum habere. Quoniam erant tunc temporis Origenistę, credentes damnatorum pœnas aliquando finẽ habituras; idq. probabant ex hoc loco Pauli dicentis: Ipse autem saluus erit quasi per ignem: idcirco ad explodendam opinionem hæreticam explicat Chrysostomus, sensum esse; Quòd qui rectam habet fidem, sed praua opera; nihil proderit illi fides, quo minus puniatur, opusque

eius comburatur; ipse autē saluus erit; hoc est, inquit, nō peribit & ipse sicut opera, ita vt in nihilū rediga tur; sed perdurabit in igni. Ita enim, inquit, solemus dicere, res quæ non absumūtur, nec in cineres rediguntur, persistere & saluas esse in flāmis. Nec mirādū, inquit Chrys. quòd æternū in igni supplicium vocet salutem: & affert exempla quædam è Scriptura.

Et certum est, Chrysost. adhibuisse hanc expositionem, vt viam omnino præcluderet Origenistis probandi ex hoc loco Pauli, Quòd ignis inferni finē habeat; quæ tunc hęresis plurimū vigebat. Nec opportunū existimauit sapiētiss. Doctor exponere hūc locū de pœnis tēporalibus, & verbis Apostoli tribuere sensū ignis non æterni: cū tamen multis alijs locis doctrinam Purgatorij tradat, & luculēter asseueret: ne via pateret Origenistis detorquēdi hoc in suū sensum; Quòd pœna ignis in futura vita non sit æterna.

Contra

ὠφελήσει νὰ μὴ κολασθῇ, καὶ νὰ μὴν καταχαίεται τὸ ἔργον του. αὐτὸς δὲ σωθήσεται, λέγει, ἤγουν δὲν θέλει ἀφανισθῇ ὁ καϊόμενος. καθὼς λέγομεν διὰ τὰ πράγματα ὁποῦ δὲν καταχαίονται, ὅτι ἐν πυρὶ σώζονται. Τούτη λοιπὸν ἡ σωτηρία τῶν κολασμένων γρυκᾶται κατὰ τὸν Χρυσόστομον ὄχι ἄλλο, ἢ διαμονὴ ἀθάνατος τῶν κολαζομένων εἰς τὸ πῦρ.

Τούτην τὴν ἐξήγησιν ἔδωκεν ὁ Χρυσόστομος διὰ νὰ φράξῃ τὸν πόρον τῆς αἱρέσεως τῶν Ὠριγενιστῶν, ὁποῦ ἐσυλλογίζοντα νὰ ἔχῃ τέλος ἡ κόλασις ἀπὸ τὰ λόγια ἐκεῖνα τοῦ Ἀποστόλου. καὶ δὲν ἐφαίνη ἁρμόδιον τοῦ μεγάλου πατρὸς νὰ ἐξηγήσῃ διὰ τὸ Καθαρτήριον, καὶ νὰ ἑρμηνεύσῃ εἰς ἐκεῖνα τὰ λόγια τοῦ Ἀποστόλου πρόσκαιρον παίδευσιν ὁποῦ πάσχουσιν ἐκεῖ οἱ ψυχαῖς· πρᾶγμα ὁποῦ καθὼς ἐδείχθη, εἰς πολλοὺς τόπους διδάσκει καὶ ἑρμηνεύει· διὰ νὰ μὴν δώσῃ ἀφορμὴν τῶν Ὠριγενιστῶν νὰ πιστεύουσιν, ὅτι ἡ κόλασις τοῦ πυρὸς εἰς τὴν ἄλλην ζωὴν ἔχει τέλος.

Ἐξ

Ἐξ ἐναντίας ὁ Αὐγουστῖνος διχῶς ἐντήρησιν ἐξηγᾷ τὸν τόπον βεβαιώνοντας, ὅτι εἶναι ἀπ' ἐκείνους, διὰ τοὺς ὁποίους λέγει εἰς τὴν δευτέραν του ἐπιστολὴν ὁ ἅγιος Πέτρος, πῶς εἶναι κάποια δύσκολα εἰς ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ ἁγίου Παύλου. ἐξηγῶντας λοιπὸν ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος λέγει· Ὅτι τὸ πῦρ τοῦτο ἐμπορεῖ νὰ νοηθῇ εἰς ταύτην τὴν ζωὴν διὰ τοὺς πόνους, τὰ βάσανα καὶ τοὺς πειρασμούς. ἐμπορεῖ ἀκόμη νὰ νοηθῇ εἰς τὴν ἄλλην ζωὴν, ὅτι Χριστιανοί τινες νὰ σώνωνται διά τινος Καθαρτηρίου πυρὸς ταχύτερον ἢ βραδύτερον, ὅσῳ περισσότερον ἢ ὀλιγώτερον ἠγάπησαν τὰ πρόσκαιρα τοῦ κόσμου. ὄχι ἐκεῖνοι οἱ Χριστιανοὶ, ὁποῦ ἔχοντας ἁμαρτίαις δὲν ἔλαβαν διὰ μετανοίας τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

Σμίγει λύοντας ἄλλο ζήτημα ὁ Αὐγουστῖνος· Ὅτι οἱ λειτουργίαις διὰ τοὺς νεκροὺς ἂν γίνωνται δι' ἐκείνους ὁποῦ ἐτελεύτησαν μὲ τόσον κακὰ ἔργα, ὅτι εἶναι ἀνάξιοι νὰ βοηθηθοῦσιν, δὲν τοὺς ὠφελοῦσιν. ὁμοίως ἂν αἱ λειτουργίαις γίνωνται δι' ἐκείνους ὁποῦ

Contra S. Augusſt. nihil tale veritus exponit, aſſeritq; locũ hũc Apoſtoli deputandũ eſſe inter ea, quæ Petrus dicit eſſe in ſcriptis Pauli difficilia intellectu. Suam igitur exponẽs ſententiã Auguſt. ait: Ignem hũc eſſe doloris & triſtitię propter varios caſus ĩ hac vita. Vel quòd etiã in alia talia quædam iudicia ſubſequãtur, vt nonnulli fideles per ignẽ quemdã Purgatoriũ, quanto magis minuſue bona pereũtia dilexerũt, tanto tardius citiuſue ſaluentur. Non tamen tales, de quibus dictum eſt, Quod Regnum Dei non poſſidebunt; niſi conuenienter pœnitẽtibus eadem crimina remittantur.

Petri 2. 3. 16. De octo Dulcitii quæſtiõ. quæſt. 1. lib. de fide & operibus cap. 15. Enar. in pſal. 37. in Euchirid. cap. 68. 69. Accedit Hiero. in epiſ. 1. Cor. S. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 39. Ambroſ. in expoſit. huius loci.

1. Cor. 6. 9

Aliam mox quæſtionẽ ſoluẽs Auguſt. Ea, inquit, quæ pro defunctis fiunt; ſi pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, vt neque talibus digni ſint adiuuari: ſiue pro eis quorum tam bona ſunt, vt talibus non indigeant adiumẽtis; eos omnino iſta nihil adiuuãt. Genere igitur vitæ, quod

gessit. quisq. per corpus, efficitur, vt prosint, vel nō prosint quæcumq pro illo piè fiunt; cum reliquerit corpus, non meritum, per quod ista prosint. Si nullū comparatū est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitā. Ita fit, vt neq. inaniter Ecclesia, nec suorum cura pro defūctis quod potuerit religionis impendat; & tamen ferat vnusquisq. secundum ea, quæ gessit per corpus, siue bonū, siue malū, reddente Domino vnicuiq. secundū opera eius.

Et in Enchiridio similiter
Cap. 109. August. Neq. negandum est, inquit, defunctorū animas pietate suorum viuētium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hęc prosunt, qui cū viuerent, vt hæc sibi prodesse possent, meruerunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitę, quam quisq. gessit in corpore? Cū ergo sacrificia, siue quæcūq. eleemosynæ ꝑ baptizatis defūctis omnibus

ὅπου ἔχουσι τόσον καλὰ ἔργα, ὅτι δὲν χρειάζονται βοηθείαν, οὐδὲ τούτους ὠφελοῦσι. ὠφελοῦσιν ἐκείνους ὅπου ἔκαμαν τέτοιαν ζωὴν, ὅτι εἶναι ἐπιτήδειοι νὰ λάβουσι βοήθειαν νεκροί. Διατὶ ἂν ὁ ἄνθρωπος εἰς τούτην τὴν ζωὴν δὲν γίνεται ἄξιος νὰ ἔχῃ βοήθειαν νεκρὸς, εὔκαιρα τὴν γυρεύει μετὰ τὸν θάνατον. εἰς τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ἡ ἐκκλησία δὲν προσδέχεται εὔκαιρα διὰ τοὺς νεκρούς· καὶ ἀληθεύεται ἐκεῖνο τὸ ῥητὸν, Ὅτι κάθε εἷς λαμβάνει καθὼς ἔπραξεν εἰς τὸ κορμὶ καλὸν ἢ κακὸν, ἀποδίδοντας ὁ θεὸς κατὰ τὰ ἔργα του καθενός.

Καὶ εἰς τὸ Ἐγχειρίδιον πρὸς Λαυρέντιον λέγει τὰ ὅμοια ὁ Αὐγουστῖνος γράφοντας· Καὶ διατὶ δὲν ὠφελοῦνται ὅλοι; διὰ τὴν διαφορὰν τῆς ζωῆς εἰς τοῦτον τὸν κόσμον. τὸ λοιπὸν ὅταν γίνωνται λειτουργίαις ἢ ἐλεημοσύναις δι' ὅλους τοὺς νεκροὺς Χριστιανοὺς, διὰ τοὺς πολλὰ καλοὺς εἶναι εὐχαριστία, διὰ τοὺς πολλὰ κακοὺς εἶναι κάποια παρηγορία τῶν ζωντανῶν. ἐκείνους ὅπου

ἀφε-

ὠφελοῦσιν, ἢ παντάπασι τοῖς δίδουσιν ἄφεσιν, ἢ τὴν κάμνουσι τὰ βάσανα ἐλαφρότερα. Τοῦτη ἡ εἶναι ἐξήγησις τοῦ Αὐγουστίνου. καὶ εἶναι εὐσεβέσταται καὶ οἱ δύο ἐξηγήσεις.

Ὅμως στέκοντας εἰς τὸ γράμμα καὶ τὴν δύναμιν τῶν λέξεων τοῦ ἁγίου Παύλου φαίνεται ὁ νοῦς τοῦ Ἀποστόλου διὰ τὸ Καθαρτήριον. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός. ἐδῶ μεταχειρίζεται ὁ ἅγιος Παῦλος τέσσαρες λέξες, ὁποῦ σημαίνουσι πρόσκαιρον παίδευσιν καθάρσεως, ὄχι αἰωνίαν κόλασιν τῆς γεέννης. Κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, σωθήσεται, διὰ πυρός. Κατακαήσεται σημαίνει κατακαϊμὸν καὶ ἀφανισμὸν, ὄχι ἁπλῆν καῦσιν. λέγει καὶ ὁ Χρυσόστομος, κατακαήσεται, τουτέστιν οὐκ οἴσει τοῦ πυρὸς τὴν ῥύμην. λέγοντας λοιπὸν, κατακαήσεται τὸ ἔργον, θέλει νὰ εἰπῇ, ἀφανισθήσεται. ἀλλ' ὁ ἀφανισμὸς ἔχει τέλος. τὸ λοιπὸν ὁ Ἀπόστολος δὲν μιλεῖ διὰ τὰ

ἔργα

nibus offerũtur; pro valde bonis, gratiarum actiones sunt; pro non valde malis propitiationes sũt: pro valde malis etsi nulla sũt adiumenta mortuorum, qualescumq. viuorum consolationes sunt. Quibus autẽ prosũt, aut ad hoc prosũt, vt sint plena remissio, aut certè tolerabilior fiat ipsa damnatio. *Ita August.* Et pietatis quidem scopo locutus est tam Chrysostomus, quàm Augustinus.

Verum si Apostoli verba spectemus ad literã, sensus plane videtur esse de Purgatorio. Si cuius opus arserit, detrimentũ patietur, ipse autem saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Quatuor vocibus vtitur Apostolus, quæ non pœnã æternam, sed temporalem notant animaduersionem: Arserit, detrimentum patietur, saluus erit. per ignẽ em. Arserit; græcè, incendio consumetur; significat non simplicẽ vstionẽ, sed absũptionẽ. Et Chrysost. Arserit, inquit; idest non feret impetum ignis. non

feret

feret impetum ignis, ergo penitus absumetur. Sed absumptio finẽ habet. Sermo igitur est Apostolo nõ de illis operibus, quæ nũquã absumuntur & semper vruntur, sed de ijs quorum combustio finem habet. Vox ergo, ardebit, significat tẽporalẽ in Purgatorio concremationem, nõ perpetuũ gehennæ ardorem. Detrimentũ patietur. Pati detrimẽtum & perire, hoc loco necesse est differant: sequitur enim vox illa, saluus erit. vt perire sit totius, detrimentum pati sit partis. Ita Christus; Qui
Io. 12.25. amat animã suam, perdet eam. Cũ ergo dicat Apostolus, Detrimẽtum patietur; non vult significare idem, quòd peribit, sed aliquid minus. minus gehennæ ignibus nihil est animabus quàm Purgatorium. Saluus erit: At salutis nomen in Scripturis adeo bene sonat, vt ex eo Dominus significantissimo nomine vocetur Saluator. Cum ergo Apostolus distinguat opus ab operante,

ἔργα ὁποῦ δὲν ἀφανίζονται ποτὲ, ἀλλὰ πάντοτε καίονται. ἄρα τὸ κατακαήσεται, σημαίνει τὴν πρόσκαιρον καῦσιν τοῦ Καθαρτηρίου, ὄχι τὴν αἰώνιον τῆς γεέννης. Ζημιωθήσεται, ἔγουν θέλει πάθει ζημίαν. ζημία ἐδῶ καὶ ἀπώλεια δὲν εἶναι τὸ αὐτὸ, ὅτι ἀκολουθᾷ τὸ, σωθήσεται. λοιπὸν ὁ χαϊμὸς τοῦ ὅλου λέγεται ἀπώλεια, τοῦ μέρους ζημία. ἔτζι ἔλεγεν ὁ Χριστός· Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν. λέγοντας λοιπὸν ὁ Ἀπόστολος, ζημιωθήσεται, φαίνεται πῶς δὲν θέλει νὰ εἰπῇ, ἀπολεῖται, ἀλλὰ τίποτε ὀλιγώτερον· τὸ ὀλιγώτερον ἀπὸ τὴν κόλασιν ἄλλο δὲν εἶναι παρὰ τῶν ψυχῶν τὸ Καθαρτήριον. Σωθήσεται· τῆς σωτηρίας τὸ ὄνομα εἶναι τόσον εὔφημον, ὅτι ἀπ' αὐτὸ κράζεται ὁ Χριστὸς μὲ ἐμφατικώτατον ἐπίθετον Σωτήρ. Διαιρῶντας λοιπὸν ὁ Ἀπόστολος τὸ ἔργον καὶ τὴν πρᾶξιν ἀπὸ τὸν πράξαντα, καὶ κράζοντας τὸν κατὰ καϊμὸν τοῦ ἔργου ζημίαν τοῦ πάσχοντος, πρέπει τὸ, σωθήσεται, νὰ σημαίνῃ, πῶς αὐτὸς ὁ ζημιωθεὶς

te,

μιωθεὶς

μιωθεὶς δὲν θέλει πάθει ἀφανισμὸν καὶ ἀπώλειαν, οἵαν πάσχει τὸ ἔργον· ἀλλὰ μένοντας ἡ ζημιωθεῖσα ψυχὴ ἀφ' οὗ κατακαῇ τὸ ἔργον, ἄκαυστος, γίνεται ἐλευθέρα ἀπὸ πᾶσαν τιμωρίαν. ἄρα τὸ, σωθήσεται, σημαίνει ὄχι μόνον διαμονὴν τοῦ εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερίαν ἀπὸ τὸ κακὸν, καὶ τελείαν ἀπολύτρωσιν, τὸ ὁποῖον γίνεται διὰ τοῦ πυρός. Διὰ πυρός. λέγοντας ὁ Ἀπόστολος, διὰ πυρὸς, ὁποῦ σημαίνει κίνησιν καὶ διάβασιν· ὄχι ἐν πυρὶ, ὁποῦ σημαίνει στάσιν· δηλοῖ ὅτι ἡ σωτηρία τοῦ ἀνθρώπου ὁποῦ ἔκαμε τὸ κατακαιόμενον ἔργον, γίνεται διαβαίνοντας διὰ πυρὸς, ὄχι μένοντας ἐν τῷ πυρί. ἀλλ' ἡ κίνησις καὶ ἡ διάβασις εἶναι τὶ πρόσκαιρον. ἄρα ὁ ἀπόστολος μιλεῖ διὰ καῦσιν πρόσκαιρον, ὄχι αἰώνιον. Εἶναι λοιπὸν παραφραστικῶς ὁ νοῦς τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τοῦτος· Ἐάν τινος τὸ ἔργον ἀφανισθῇ ἐν τῷ πυρὶ, πείσεται μὲν τὴν ζημίαν τῆς καύσεως τοῦ ἔργου ὁ πράξας, σωθήσεται δὲ αὐτὸς ὡς διὰ πυρὸς καθαρθεὶς, ἅτε ὀργάνου τῆς δι-

te, & combustionem operis dicat esse detrimentum patientis; oportet vt vox illa, saluus erit, denotet, quod patiens non perit, sicut perit opus: sed anima detrimentum passa post combustum opus libera erit à combustione. Esse autem à combustione liberam significat non solam animæ durationem, sed etiam liberationem à malo plenamque salutem, idque per ignem. Per ignem. Hic loquendi modus significat transitum & motum; quemadmodum si dixisset, in igne, significasset statum & quietem. Salus ergo hominis, qui fecit opus comburendum, fit transeundo per ignem, non manēdo in igni. transitus & motus habent suos terminos. Apostolus ergo per has voces significauit aliquid temporaneum, non æternum. Vt sensus difficillimi huius loci paraphrasi vtendo sit iste. Si cuius opus fuerit absumptum ab igne, tanquam instrumento diuinæ iustitiæ, pa-

patietur quidem combustionem operis qui fecit opus;ipse verò saluus erit, tanquã purgatus per ignẽ.

Ita explicat & Basilius magnus in caput 9. Isaiæ, & 15. de Spiritu sancto ad Amphiloch. Et Gregorius Naz. or. 2. Et perspecta fit Gergani amentia dicẽtis, Ignem, de quo Paulus loquitur, esse Scripturam. At quomodo quadrabunt Scripturæ, quæ de igni dicit Apostolus? Quod opus quidem comburetur; qui verò fecit opus, saluus erit quasi per ignem? Quomodo intelligetur Scriptura comburere & absumere, & qui transit per Scripturam esse saluus?

Illud quoq. quod subdit; Paulum loqui de die iudicij; non est verum; licet in sensu Chrysostomi verum sit. Sed quoniam ipse aliud spectabat, vt diximus litera suadet oppositum. Apostolus dicit: Si cuius opus mãserit, quod superædificauit, mercedem accipet. Pro-

δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ.

Ετζι τὸ λαμβάνει καὶ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὸ θ. κεφάλ. τοῦ Ησαΐου, καὶ ιε. περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς Αμφιλόχιον· καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος εἰς τὸν δεύτερόν του λόγον. ἔτζι φανερώνεται ἡ ἀνοησία τοῦ Γεργαίου ὁποῦ ἐξηγᾶ, ὅτι ἡ ἁγία γραφὴ εἶναι τὸ πῦρ ὁποῦ λέγει ὁ ἀπόστολος. καὶ πῶς νὰ ἁρμόσουν τῆς θείας γραφῆς τὰ μερικὰ ἐκεῖνα, ὅτι τὸ ἔργον θέλει κατακαῆ, καὶ ὁ ἄνθρωπος θέλει σωθῆ ὡς διὰ πυρός; πῶς γρυκᾶται, ὅτι ἡ θεία γραφὴ νὰ κατακαίσῃ, καὶ περνῶντας διὰ τῆς γραφῆς ὁ ἄνθρωπος νὰ σωθῆ;

Αλλὰ καὶ ἐκεῖνο ὁποῦ σμίγει, ὅτι ὁ ἀπόστολος λέγει διὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, δὲν εἶναι ἀληθινόν, καλὰ καὶ κατὰ τὸν Χρυσόστομον νὰ εἶναι ἀληθινόν· ὅτι ὡς εἴπαμεν, ὁ σκοπός του ἤτον νὰ ξεριζώσῃ τὸν Ωριγενισμόν. ἀμὴ κατὰ τὸ γράμμα ὁ ἀπόστολος λέγει, εἴ τινος τὸ ἔργον μένει, ὁ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται. ὁ μι-

ὁ μισθὸς οὗτος βέβαια ἄλλο δὲν εἶναι παρὰ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν διὰ τὰ καλὰ ἔργα, τὸν χρυσὸν, τὸν ἄργυρον, τοὺς τιμίους λίθους, καθὼς τὸ ὁμολογᾷ καὶ αὐτὸς ὁ Λουτηροδιδακτος. καὶ εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁποῦ λέγει ὁ Ἀπόστολος, πῶς λαμβάνουσιν οἱ δίκαιοι τὸν μισθὸν, λέγει διὰ τοὺς ἄλλους πῶς θέλουν ζημιωθῆ, καὶ ὅμως θέλουν σωθῆ ὡς διὰ πυρός. οἱ τελείως δίκαιοι λαμβάνουσι τὸν μισθὸν παρευθὺς μετὰ τὸν θάνατον, ὡς τὸ ὡμολόγησε καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο τὸ ὄγδοον τοῦ βιβλίου εἰς τὴν ἕκτην ἐρωταπόκρισιν· καὶ ὁμοίως τὸ ὁμολογᾷ εἰς τὴν ὑστέραν ἐρωταπόκρισιν τοῦ αὐτοῦ βιβλίου. τὸ λοιπὸν ἕνας εἶναι ὁ καιρὸς, εἰς τὸν ὁποῖον αἱ τελείως δίκαιαι ψυχαὶ ἀπολαμβάνουσι τὸν μισθὸν, καὶ εἰς τὸν ὁποῖον ἄλλαις ἔχουσι τὸ ἔργον κατακαιόμενον, καὶ σώζονται ὡς διὰ πυρός. ταῦτα λέγει ὁ Αὐγουστῖνος καὶ ἄλλοι δυτικοὶ, ὅτι εἶναι τοῦ Καθαρτηρίου ἴδια, καὶ ἡ δύναμις τῶν ἀποστολικῶν λέξεων τὸ ἀναγκάζει. ἄρα δὲν μιλεῖ ὁ Παῦ-

λος

Profecto hęc merces nihil aliud est, quam vita æterna propter bona opera, significata per aurum, argentū, lapides pretiosos. Quod & ipse Lutheri discipulus fatetur. Et eo ipso tempore, quo iusti mercedem accipiunt per Apostolum; alij detrimentum patiuntur, & salui tandem fiunt quasi per ignem. Atqui certum est, iustos statim à morte mercedem accipere; quod fatetur & Gerganus in hoc suo libro 8. Quæstiuncula 5. Responsione 6. & eiusdem libri Responsione vltima. Vnum igitur est tempus, quo animæ sine vlla macula iustę mercedem accipiunt; & quo alię patiuntur combustionem operis, vt saluæ fiant. Hæc per Augustinum & alios Patres sunt propria Purgatorij; & vocum Apostoli literalis significatio id fateri cogit: Ergo non de supremo die iudicij loquitur Apofto-

lus

lus, quando Purgatorium non erit; sed de particularis retributionis die; quæ vocatur à Paulo declarans, quia transmittit animam hominis ad operum examen, iuxta illud psalmi;
Ps.145.4. In illa die peribunt omnes cogitationes eius. Exponit Chrysostomus, die obitus, migrationis ex hac vita. Quod patet ex antecedentibus Prophetæ verbis: Exibit Spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Apostolus etiam
1.Cor.4.3 infra capite 4. vocat humanum diem, qui non est vltimus diuini Iudicij. Quare diei nomine nihil nos cogit, vt vbique intelligamus extremum Iudicij. Liquet ergo, Lutherum & impiam eius sectam negare Purgatorium contra mentem sacræ Scripturæ. Porro cæteras huius loci sinistras interpretationes, præsertim à Marco Ephesio traditas, suo loco examinabimus, ne hic

λος διὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, ὅτι δὲν εἶναι Καθαρτήριον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμέραν τῆς μερικῆς ἀνταποδόσεως· ἡ ὁποία κράζεται ἡμέρα δηλοῦσα, διατὶ πέμπει τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὴν ἐξέτασιν τῶν ἔργων κατὰ τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ· ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει ὁ Χρυσόστομος, τῆς τελευτῆς, τῆς καταλύσεως τοῦ βίου. καὶ εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὰ προηγούμενα λόγια τοῦ προφήτου· ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. ἀκόμη παρακάτω ὁ Απόστολος εἰς τὸ τέταρτον κεφάλαιον ἀνακράζει ἀνθρωπίνην ἡμέραν. ὅθεν ἡμέρα ἁπλῶς δὲν σημαίνει πανταχοῦ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως.

Φανερὸν εἶναι λοιπὸν, ὅτι ἐναντίον τῆς θείας Γραφῆς ἀρνεῖται τὸ καθαρτήριον ὁ Λυτέρος καὶ ἡ μιαρὰ συμμορία τῶν μαθητῶν του. ταῖς ἄλλαις παρερμηνείαις ὁποῦ ἔδωκεν ὁ Μάρκος τῆς Εφέσου εἰς τὸ ῥητὸν τοῦτο τοῦ ἀποστόλου, θέλομεν ἐξετάσει μερι-

μερικῶς, διατὶ νὰ μὴ συγχέωμεν ἐδῶ ταῖς διάφοραις τῆς ψευδοδιδασκαλίαις.

hic oriatur Blasphemiarũ confusio.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΝΗ.

Ὅτι οἱ Παπισταὶ λέγουσιν πῶς ὅλοι παγαίνουσιν εἰς τὸ ψευδοκαθαρτήριόν τους, διατὶ ὅλοι ἔχουσι ῥίζαν τῆς ἁμαρτίας.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA LVIII.

Papistæ dicunt, omnes mitti in eorum Pseudopurgatorium, quia radicem peccati omnes habent.

REFVTATIO.

Ἀφ' ὅσα εἴπαμεν, καὶ ἀφ' ὅτι ἀναφέραμεν ὀλίγον παραπάνω φαίνεται ἡ βαττολογία τούτου τοῦ παραφέρου. ποῖος ἅγιος, ἢ ποῖος ὀρθόδοξος εἶπε ποτὲ, ὅτι ὅλοι παγαίνουσιν εἰς τὸ Καθαρτήριον; ἢ νὰ παγαίνουσιν εἰς τὸ Καθαρτήριον οἱ μετανοημέναις

EX ijs quæ dicta & citata sunt, palam est nugatoris huius vaniloquentia. Quis sanctorum, quis Catholi-
30 corum dixit vnquam, omnes mitti in Purgatorium? aut pœnitentes animas ideo mitti in Purgatorium, quia radicem ha-

habent peccati? Vnde hauserunt hæc somnia falsarij impostores? Noli- 1. Cor. 6. 9. 10. te errare, dicebat Apostolus; Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Non dicit Apostolus, quòd hi per ignem sint consecuturi salutem; sed, Regnum Dei non possidebunt. non omnes ergo mittuntur in Purgatorium; nam qui eo mittuntur, procul dubio salutem consequuntur.

Rursus non dixit Apostolus; propter radicem peccati animas pati detrimentum, vt saluæ fiant per ignem: sed opus ligni, fœni, stipulæ comburi, vt fiat salus per ignem.

Chrysostomus homilia 21. Statuarum; Peccata, inquit, tollit baptismus; con-

μυρίαις ψυχαῖς, διατὶ ὄχουσι ῥίζαν τῆς ἁμαρτίας; πόθεν ἐφαντάσθησαν οἱ λωτερμαθεῖς τὰ ὄνειρα τοῦτα; Μὴ πλανᾶσθε, ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος τῶν Κορινθίων· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὐ κλέπται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν. Δὲν λέγει διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος, ὅτι σωθήσονται διὰ πυρὸς, ἀλλ' ὅτι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. ἄρα δὲν πηγαίνουν ὅλοι εἰς τὸ Καθαρτήριον, ὅτι ὅσοι πέμπονται εἰς τὸ Καθαρτήριον, τέλος βασιλείαν θεοῦ κληρονομοῦσιν.

Καὶ πάλιν δὲν εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι διὰ τὴν ῥίζαν τῆς ἁμαρτίας καίονται αἱ ψυχαῖς διὰ νὰ σωθοῦσι διὰ πυρός· ἀλλ' ὅτι καίεται τὸ ἔργον τοῦ ξύλου, τοῦ χόρτου, καὶ τῆς καλάμης, καὶ οὕτω γίνεται ἡ σωτηρία διὰ πυρός.

Ἔλεγεν ὁ Χρυσόστομος εἰς τὸν κα. τῶν ἀνδριάντων· Τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἀφανίζει τὸ λουτρὸν, τὴν συνή-

θειαν

θέαν διόρθωσον σύ. δὲν τιμωρᾶ λοιπὸν ἡ ῥίζα, ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα· διατὶ καὶ μὲ τὴν ῥίζαν ὁποῦ μένει μετὰ τὸ λουτρὸν ὁ ἄνθρωπος εἶναι δίκαιος. τὴν διδασκαλίαν τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων ἀκολουθοῦσιν εἰς ὅλα οἱ Παπισταί, ἤγουν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐφαντάσθη ποτὲ ταύταις ταῖς ἀνομώταταις συκοφαντίαις.

consuetudinem tu corrige. Non igitur peccati radix, sed peccatum est causa punitionis: siquidem post baptisma manet peccati radix, & homo tamen est iustus. Papistæ, idest Ecclesia Catholica non aliam tenet doctrinam; propterea portẽtosas hasce calumnias vt inauditas auersatur.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΝΘ.

Ὅλοι οἱ δίκαιοι μετὰ τὸν θάνατον εὐθὺς πορεύονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA LIX.

Omnes iusti statim à morte Regnum Dei possident.

REFVTATIO.

Efficacissimè probatum est ex traditione Apostol. de qua Dionysius Areopagita, Chrysostomus, Nyssenus, & Augustinus disserunt; duos esse iustorum gradus; vnum vitæ integerrimæ, alterum vitæ inferioris integritatis. ad quos duos ordines referuntur tres illi à Nanzianzeno positi. Cur ergo Lutherani audent statuere vnum tantummodo gradum, idest primum? Iustos primi gradus certissimum est in cœlum mox

Ἐδείχθη λαμπρότατα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ὁποῦ γράφει ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὁ Χρυσόστομος, ὁ Νυσσῆς, καὶ ὁ Αὐγουστῖνος, ὅτι τῶν δικαίων εἶναι δύο βαθμοί, ζωῆς ἱερωτάτης, καὶ ζωῆς ὑφειμένης, κατὰ ταῖς ἰδίαις λέξεις τοῦ Ἀρεοπαγίτου· εἰς ταῖς ὁποίαις δύο τάξεις αναφέρονται οἱ τρεῖς τοῦ Θεολόγου. πῶς ἄρα τολμῶσιν οἱ Λουτεραῖοι καὶ βάλλουσι μόνον ἕνα βαθμόν, τῆς ἱερωτάτης ζωῆς; οἱ δίκαιοι τοῦ πρώτου βαθμοῦ δίχως ἀμφιβολίαν πορεύονται εὐθὺς εἰς τὸν οὐρανόν. ἀλ-

ἀλλὰ διὰ τοὺς δικαίους τοῦ δευτέρου βαθμοῦ τίς νὰ ἀρνηθῇ τὸ Καθαρτήριον μὲ τόσαις ἀναγκαίαις μαρτυρίαις, μὲ τὴν ἀναντίῤῥητον ὁμολογίαν ὅλης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀπ' αὐτὰ τὰ σπλάγχνα τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων;

Τοῦτο σημαίνει ἡ διαφορὰ τῆς μνήμης τῶν ἁγίων καὶ τῶν μνημοσυνῶν διὰ τοὺς νεκρούς. τοῦτο σημαίνει τὸ νὰ γίνεται πρῶτα εἰς ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις μνήμη τῶν ἁγίων πρὸς εὐχαριστίαν, καὶ διὰ νὰ βοηθήσουν αὐτοὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἀπέκει μνήμη τῶν κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως διὰ νὰ λάβουν αὐτοὶ βοήθειαν ἀπὸ τοὺς ἀνθρώπους· μὲ τὴν ὁποίαν βοήθειαν νὰ ἐλευθερωθοῦσιν ἀπὸ τὰ βάσανα. τοῦτο σημαίνει ἡ διαφορὰ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων, καὶ τῆς ἀκολουθίας ὁποῦ ἡ ἐκκλησία κράζει τῶν ψυχῶν.

Ταῦτα ὅλα καταπατεῖ ὁ Γεργαῖος διὰ τὰ μαθήματα τοῦ Λουτέρου· καὶ προτιμᾷ ὁ παντέρημος τοῦ αἱρεσιάρχου τὴν καινοτομίαν ἀπὸ

τὴν

mox recipi. Pro iustis vero secundi gradus quis neget Purgatorium, tot euidentissimis testimonijs & perpetua vniuersalis Ecclesię asseueratione firmatum ex intimis traditionũ Apostolicarũ visceribus?

Hoc sibi vult differentia inter sanctorum memorias, & commemorationes defunctorum. Hoc sibi vult, quòd in diuinis mysterijs habeatur prius memoria Sanctorum in gratiarum actionem, vtq. suis precibus opem mortalibus implorent; tumque fiant etiam pro mortuis suffragia, vt defuncti cum spe resurrectionis vitæ æternæ requiem nanciscantur æternam. Hoc sibi vult lætitia in solemnitatibus Sanctorum, & celebrata cum humilitate officia defunctorum:

Sed hæc proculcat Gerganus propter execranda Lutheri dogmata; præfertque Apostolicis & patrijs institutis noua ob-

ſcœniſſimi Hæreſiarchæ deliria.

τὴν παραπαράδοτον καὶ ἀποστολικὴν διδασκαλίαν.



ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ Ξ.

Τὸ Καθαρτήριον οὔτε εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστὶ, οὔτε εἰς τὴν γῆν, οὔτε εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ πούποτε.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

BLASPHEMIA LX.

Purgatorium non eſt in Cælo, non in terra, non in inferno, nuſquam eſt.

REFVTATIO.

NOn aliam hæc merentur reſponſionem, quàm quod Chryſoſtomus de Marcioniſtis dixit: Numne, inquit, hiſce refragari dignum eſt? ſane indignum. Niſi quis furioſorum verba, quæ inſanientes effutiunt, velit eſſe attẽdenda. Si ſatis non erat perdito homini quòd Apoſtolus dixit; Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cæleſtium, terreſtrium, & in-

1. Cor. 15. Hom. 40.

Philip. 2. 10.

ΔΕν τοῦ ἰσγίζει ἄλλη ἀπόκρισις παρὰ τὰ λόγια τοῦ Χρυσοστόμου διὰ τοὺς Μαρκιωνιστάς· Ἆρ' οὖν πρὸς ταῦτα ἀντειπεῖν ἄξιον; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. πλὴν εἰ μὴ τοῖς μαινομένοις ὑπὲρ ὧν παραπαίοντες φθέγγονται, διαλέγεσθαι δεῖ. ἂν δὲν τοῦ ἔσωνε τοῦ μιαροῦ ὁ λόγος τοῦ Ἀποστόλου· Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· ἂς ἤθελεν κατα-

λά-

λάβει, τὶ δέεται καθημερινὰ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία λέγοντας· ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῆς ψυχῆς τοῦ δούλου σου ἐδῶ. καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα· ὅπως κύριος ὁ Θεὸς τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως. ζητῶντας τοῦτα ἡ ἐκκλησία, πιστεύει ὅλως καὶ κρατεῖ νὰ εἶναι τὸ Καθαρτήριον τόπος σκοτεινός, τόπος λύπης καὶ στεναγμοῦ, ὅπου δὲν βλέπουσιν οἱ ψυχαῖς τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ. πιστεύοντας καὶ κρατῶντας τοῦτο ἡ ἐκκλησία, πιστεύει ὅτι τοῦτος ὁ τόπος δὲν εἶναι ἔξω ἀπὸ τὸν κόσμον· ὄχι εἰς τὸν οὐρανόν, ὄχι ἐπάνω τῆς γῆς, διατὶ οὐδένας τόπος τῆς γῆς εἶναι καθ᾽ ἑαυτόν του τόπος σκοτεινός, ἴδιος λύπης καὶ στεναγμοῦ. τὸ λοιπὸν πιστεύει, ὅτι τοῦτος ὁ τόπος νὰ εἶναι καθολικὰ κάτω ὑπὸ τὴν γῆν. Καὶ διὰ τοῦτο καμίαν φορὰν οἱ ἅγιοι πατέρες, καθὼς εἴπαμεν ἐπάνω, τὸ κράζουσιν ᾅδην, σημαίνοντας ὅτι καὶ ἡ γέεννα καὶ ὁ τόπος τῆς καθάρσεως εἶναι τόποι καταχθόνιοι.

Εως

infernorum; considerandum illi erat, quid Orientalis Ecclesia quotidie orat: Pro salute, inquit, animæ serui Dei, vt remittatur illi omne delictum: Vt Dominus Deus collocet animam eius in loco lucido, in loco amœnitatis & refrigerij; vnde procul absunt dolor, mæstitia & gemitus. Considerandum ergo illi erat quod Ecclesia huiusmodi vtens obsecrationibus credit, & pro certo habet, Purgatorium esse locum tenebrosum, locum doloris & suspirij, in quo animæ non vident faciem Dei. Cum hoc credat & pro certo habeat Ecclesia, profecto credit, locum hunc non esse extra vniuersum; non in Cęlo, non super terram: Nullus enim est in terra locus; qui suapte natura sit locus doloris & suspirij. Credit ergo, talem ordinarium locum esse subterraneum. ob idque factum, vt sancti Patres alicubi, vt dictum est, Purgatorium vocent infernum; significantes &

gehennam & purgationis locum ordinarium esse sub terra.

Hucusque Gerganus post priores blasphemias egit contra sanctum Petrum & Purgatorium; ostenditque exhausta iam pharetra, hæreticorum tela esse paruulorum sagittas. Restat, vt noni decimiq. librorum pseudocatechismi blasphemias expendamus.

Εως ὧδε ὁ Γεργαῖος διεκαίρεσε τὴν φαρέτραν του ἐναντίον τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ τοῦ Καθαρτηρίου· καὶ ἔδειξεν, o1
ὅτι τὰ βέλη τῶν αἱρετικῶν εἶναι βέλη νηπίων. λείπεται νὰ περιβάλωμεν καὶ ταῖς ἄλλαις βλασφημίαις τῶν βιβλίων ἐννάτου καὶ δεκάτου τῆς ψευδοκατηχήσεώς του.

BI-

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΑΤΟΝ.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ ΞΑ.

Ἡ ἁγία κοινωνία εἶναι διὰ δύο οὐσιῶν, ὁρατῆς καὶ ἀοράτης. ὁρατὴ οὐσία εἶναι τὸ ψωμὶ καὶ τὸ κρασί, ἀόρατη οὐσία εἶναι ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

LIBER IX.

BLASPHEMIA LXI.

Sacra Communio constat ex duabus substantijs, visibili & inuisibili. Substantia visibilis est panis & vinum; Inuisibilis substantia est verbum Dei, Hoc est corpus meum, &c.

REFVTATIO.

Τὴν βλασφημίαν ὁποῦ ἔρριψεν ἀναισχύντως εἰς τὸ ὄγδοόν του φαρμακοβιβλίον, τώρα τὴν στολίζει ἀναισχυντότερα μὲ διαβολικὴν πανουργίαν. λέγει, πῶς ἡ κοινωνία

30

Blasphemiam hanc procaciter iam emiserat libro 8. sed vt impudentius ornaret, rursus eam proponit vtens calliditate satanica. Ex duabus, inquit, sub-

stantijs constat Eucharistiæ sacramentum. Quarum alterã esse ait Christi verbum; Hoc est corpus; &, Hic est sanguis. At supra Quæstiũcula huius libri tertia de Baptismo loquens non dixit, Aquam & Dei verbum esse duas substantias; cum tamen fateretur hæc duo requiri ad Baptismum. Nunc vero declarans Eucharistiæ sacramentum, duas ponit substantias, & voces quæ proferũtur vócat substantiam.

Quis non exhorreat Lutheri ne, an Satanæ peruersitatem & astum? Gerganus infra fatetur, In sacramento Eucharistiæ & omnibus particulis esse perfectum Corpus & perfectum sanguinem, totumque indiuisum Christum. Deinde quasi obiter subiungit hæc verba; In cunctis particulis simul cum vino Christus. Cur verò ambiguè loquitur? Cur non apertè fatetur perniciosissimum Lutheri dogma?

Duas

νωνία εἶναι διὰ δύο οὐσιῶν· ἀπέχει βρίει διὰ μίαν οὐσίαν τῆς κοινωνίας τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ· τοῦτο μοῦ ἐστὶ τὸ σῶμα· καὶ, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα μου. Καὶ ἑρμηνεύοντας ἐπαίσω τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος ἔλεγεν, ὅτι γίνεται μὲ τὸ ὕδωρ καὶ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· καὶ δὲν εἶπεν, ὅτι τὸ ὕδωρ καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ νὰ εἶναι δύο οὐσίαι. τώρα ἐξηγῶντας τὸ μυστήριον τῆς κοινωνίας φιλοσοφᾷ δύο οὐσίαις, καὶ τὸν προφορικὸν λόγον κράζει οὐσίαν.

Τίς νὰ μὴ φρίξῃ τὴν ἀθεότητα καὶ πανουργίαν τοῦ διαβόλου νὰ εἴπω, ἢ τοῦ Λουτέρου; ὁμολογᾷ παρακάτω ὁ Γεργανός, ὅτι εἰς τὴν ἁγίαν κοινωνίαν καὶ εἰς ὅλα τὰ κομμάτια ὁποῦ λαμβάνουν οἱ Χριστιανοί, εἶναι τέλειον σῶμα καὶ τέλειον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅλος ἀδιαίρετος ὁ Χριστός. ἀπέχει σμίγει ὡς ἐκ παραδρομῆς· εἰς ὅλα τὰ κομμάτια ὁμοῦ μὲ τὸ κρασὶ ὁ Χριστός. τί κρύβεται, τί ἐντρέπεται νὰ εἰπῇ φανερὰ τὴν ὀλεθριωτάτην αἵρεσιν ὁ Γεργανός;

Δύο

Δύο οὐσίας βάνουσιν οἱ διδάσκαλοί του εἰς τὴν κοινωνίαν, τὴν οὐσίαν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. καὶ θέλοντες νὰ εἶναι οὐσία καὶ τὰ λόγια, κατὰ τὴν διδασκαλίαν του εἶναι τρεῖς οὐσίαι, καὶ κατὰ ἀλήθειαν εἶναι τρεῖς μεγάλαι βλασφημίαι.

Duas ille docuit substantias in hoc sacramento, panis & vini, & substantiam corporis & sanguinis Christi. imò dum verba consecrationis volunt esse substantiam, tres omnino erunt per ipsos in Eucharistia substantiæ: cum re vera sint tres detestandæ blasphemiæ.

Πρώτη, ὅτι κατὰ τὴν αἵρεσιν τούτην εἶναι ἀδύνατον νὰ ἀληθεύῃ ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ σῶμα.

Prima, Quòd iuxta hanc hæresim impossibile sit, Christi verba, Hoc est corpus meum &c. habere veritatem.

Δευτέρα, ὅτι εἶναι ἀδύνατον νὰ γένῃ ὁ ἁγιασμὸς τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου.

Secunda, Quòd impossibile sit fieri materiæ consecrationem.

Τρίτη, ὅτι τούτη ἡ αἵρεσις κάμνει ὅλους τοὺς ἁγίους πατέρες καὶ διδασκάλους ψεύστας καὶ ἀπατεῶνες.

Tertia, Quòd per hanc impiam positionē omnes sancti Patres ac Doctores essent mendaces & impostores.

Διὰ τὴν πρώτην, ὁμολογᾷ ὁ Γεργανὸς μὲ τοὺς διδασκάλους του, ὅτι ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν λόγων τοῦ Χριστοῦ κάμνει τὸ μυστήριον. ὁπειδὴ λοιπὸν κατ' αὐτοὺς τὸ μυστήριον γίνεται ὄχι κατὰ μεταβολήν, ὡς λέγει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, τοῦ ἄρτου εἰς σῶμα, καὶ τοῦ οἴνου εἰς αἷμα.

Quod attinet ad primam, fatetur Gerganus cū suis magistris, in Christi verbis esse vim & efficaciam, qua fit consecratio. Cum igitur per ipsos consecratio non fiat per conuersionem, vt semper fides catholica docuit, panis in corpus, & vini in

Christi sanguinem; sed per additionem, manente nimirum panis & vini substātia, & adueniēte extrinsecus præsentia Christi; necesse est, vt consecratū panem fateantur esse duas res, non imperfectas & partiales, sed integras & totales; totum panem ac vinum, & totum Christum: Itaque accommodando verba Christi iuxta imaginationem Lutheri ad exempla; eo modo se haberent verba Christi ad significandam veritatem, quando dixit, Hoc est corpus meum; quo se habebant Adæ verba de Eua; Gen.2.23 Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Sicut enim Eua composita erat ex carne & ossibus; ita per Lutherum panis consecratus continet substantiam panis, & substantiā corporis Christi. Differt tantum, quòd in Eua caro & ossa erant partes compositi; at in sacro pane per Lutherum duæ sunt perfectæ substantiæ diuersissimæ. Nā per

αἷμα· ἀλλὰ φαντάζονται νὰ γίνεται κατὰ προσθήκην, μένοντας τὸ ψωμὶ ψωμὶ, καὶ τὸ κρασὶ κρασὶ, καὶ προσλαμβάνοντας μόνον τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ· ἀνάγκη εἶναι νὰ κρατοῦσιν, ὅτι ὁ ἡγιασμένος ἄρτος εἶναι δύο πράγματα, ὄχι μερικὰ καὶ ἀτελῆ, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὁλόκληρα· τέλειος καὶ ὅλος ὁ ἄρτος, τέλειος καὶ ὅλος ὁ Χριστός. ἄρα ἁρμόζοντας τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν φαντασίαν τῶν Λουτεράνων, εἶναι τόσον ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ σῶμα, ὅσον καὶ ὁ λόγος τοῦ Ἀδὰμ διὰ τὴν Εὔαν· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. ὅτι καθὼς ἡ Εὔα ἦτον σύνθετος ἀπὸ κώκαλα καὶ σάρκα, ἔτζι καὶ ὁ τίμιος ἄρτος κατ᾽ αὐτοὺς περιέχει οὐσίαν ψωμίου, καὶ οὐσίαν σώματος Χριστοῦ. διαφέρει μόνον, ὅτι τὰ κώκαλα καὶ ἡ σὰρξ εἰς τὴν Εὔαν ἦσαν μέρη τοῦ συνθέτου, ἀμὴ εἰς τὸν ἅγιον ἄρτον κατὰ τοὺς Λουτεράνους εἶναι δύο τέλειαις οὐσίαις καὶ διαφορώταταις. ὅθεν ἡ μία κατ᾽ αὐτοὺς ἦτον χωρὶς

χωρὶς τὴν ἄλλην, ἐ ὕστερα ἑνώθησαν. Καθὼς λοιπὸν ὁ Ἀδὰμ ἂν ἤθελεν εἰπεῖ διὰ τὴν Ευαν τὴν σιώθετον ἀπὸ κώκαλα καὶ σάρκα ἐκεῖνο μόνον· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου· δὲν ἤθελεν εἰπεῖ τὴν ἀλήθειαν, διατὶ ἡ Ευα δὲν ἦτον ὅλη ὀστοῦν· ἔτζι δίδοντας ὁ Χριστὸς τὸ ζῶμα του, καὶ λέγοντας, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ σῶμα, ἂν ἦτον καὶ ψωμὶ ἀληθινὸν κατ' οὐσίαν καὶ σῶμα Χριστοῦ, καθὼς λέγουσιν οἱ Λουτέρανοι, δὲν ἤθελεν εἶσαι ἀληθινὸς ὁ λόγος του, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ ζῶμα· διατὶ ὁ ἄρτος ἐκεῖνος ἦτον κατὰ τοὺς Λουτεράνους καὶ ψωμὶ καὶ ζῶμα. καὶ τόσον περισσότερον δὲν ἤθελεν εἶσαι ἀληθινὸς ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, ὅσον εἶναι πλέον διάφορα ὁ Χριστὸς ἀπὸ τὴν οὐσίαν τοῦ ψωμίου παρὰ τὰ κώκαλα ἀπὸ τὴν ἀνθρωπίνην ζάρκα· καὶ ὅσον τὸ ἄρθρον ἐκεῖνο, τὸ σῶμα μου, ἔχει περισσοτέραν ἔμφασιν νὰ διακρίνη τὸ ζῶμα τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τὸ ψωμί. Καὶ τίς νὰ ὑποφέρη, ἂν εἶναι Χριστιανὸς, ὅτι ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, τῆς αὐτοαληθείας,

νὰ

per ipsum vna prius erat sine altera, postmodum simul esse cœperunt. sicut ergo si Adam dixisset de Eua constante ex carne & ossibus illud solum; Hoc nunc os ex ossibus meis; non verum dixisset; non enim erat os tota Eua. Ita quando suam carnem dedit Christus, dicendo; Hoc est corpus meum; si simul suberant substantia panis & Christi corpus, vt vult Lutherus, Christi sermo fuisset falsus; Hoc est corpus meum; quia panis ille per Lutherum erat & panis & caro. Tantoque minus fuisset verus Christi sermo, quanto magis distat caro Christi à substantia panis, quàm ossa à carne humana: quantoque ad hibitus græcè articulus in Christi verbis, expressius & significantius notat diuersitatem corporis Christi à substantia panis; quasi diceret, Hoc est ipsum vnum corpus meum. At quis ferat, dum Christianus sit, Christi veritatis æternæ sermonem non esse.

se verum? Vbi enim integra duo subsunt, non potest esse verus sermo significans vnum, & non duo. Rursus sermo significans rem duplicem vt simplicem, eo minus verus est, quo plus distant inter se illæ duæ res.

Altera huius hæreticæ positionis blasphemia est; Quod si in pane consecrato remanet substantia panis, non videtur, quomodo fiat consecratio. Nam substantia panis eadem esset quæ antea. Corpus Christi nullam mutationē afferret substantiæ panis. quo igitur modo fieret panis consecratio? Si dicas; panem consecrari, quia simul est cum corpore Christi. ergo si Deus ponat in vno eodemque loco, vel vno puncto Angelum & dæmonem, dæmon erit sanctificatus. & si ponatur corpus Christi in crumena plena auri, aurum erit consecratum.

Rursus quia vis verborum Christi efficit mysterium, liquet eatenus illa ope-

νὰ μὴν ἀληθεύῃ; διατὶ ὅλως ὅπου εἶναι δύο ὅλα, δὲν ἀληθεύει ὁ λόγος ὁποῦ σημαίνει τὸ ἕνα, ὄχι τὰ δύο. Καὶ πάλιν ὅπου εἶναι ἀντάμα δύο ὅλα, τόσῳ ὀλιγώτερον ἀληθεύει ὁ λόγος ὁποῦ σημαίνει τὰ δύο ὡς ἕνα, ὅσῳ πλεῖα διαφέρουσιν ἀνάμεσα τους ἐκεῖνα τὰ δύο.

Η δευτέρα βλασφημία τῆς αἱρέσεως ταύτης εἶναι, ὅτι ἂν εἰς τὸν ἡγιασμένον ἄρτον μένει ἡ οὐσία τοῦ ψωμίου, δὲν φαίνεται πῶς νὰ γίνεται ὁ ἁγιασμός. ἡ προηγουμένη οὐσία τοῦ ψωμίου εἶναι ὡσὰν ἦτον· τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δὲν ἀλλάσσει τίποτε τὴν οὐσίαν τοῦ ψωμίου· καὶ πῶς νὰ εἶναι ἢ νὰ κράζεται ἄρτος ἡγιασμένος; ἂν εἴπῃς, ὅτι τὸ ψωμὶ ἁγιάζεται, διατὶ εἶναι ἀντάμα μὲ τὸ σῶμα· τὸ λοιπὸν ἂν βάλῃ ὁ θεὸς εἰς ἕνα τόπον ἢ εἰς μίαν στιγμὴν ἄγγελον καὶ δαίμονα, ἁγιάζεται ὁ δαίμων· καὶ ἂν βάλουν εἰς ἕνα σακκούλι γεμάτον χρυσάφι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἔπρεπε νὰ εἶναι ἁγιασμένον τὸ χρυσάφι.

Πάλιν ἐπειδὴ τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ ἐνεργοῦσι τὸ μυ-

στήριον

στήριον, φανερὸν εἶναι, ὅτι ἐνεργοῦσιν εἰς ὅσον εἶναι σημαντικὰ, καὶ ὅσον εἶναι σημαντικὰ, ὄχι περισσότερον ἢ ὀλιγώτερον, καθὼς εἶναι φανερὸν εἰς ὅλα τὰ μυστήρια. ἀλλὰ οἱ λέξες ἐκείναις, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ σῶμα, ἔχουσι τέτοιαν σημασίαν, ὅτι, τοῦτο, ὡσὰν δεικτικὸν σημαίνει ὅλον ἐκεῖνο ὁποῦ δείχνει· καὶ ὁ Χριστὸς ἦπε, τοῦτο, δείχνοντας ὅλον ἐκεῖνο ὁποῦ εἶχεν εἰς τὸ χέρι του· λοιπὸν μὲ τὴν λέξιν ἐκείνην ἐσήμανεν ὅλον ἐκεῖνο ὁποῦ ἦτον εἰς τὸ τὸ ψωμί. ὁμοίως λέγοντας, ἐστι, καὶ, τὸ ζῶμα μου, ἐσήμανεν ὅλον ἐκεῖνα ὁποῦ φέρουσιν τούταις οἱ λέξεις. ἄρα ἐξ ἀνάγκης ὁ νοῦς τῶν λόγων τοῦ Χριστοῦ εἶναι τοῦτος· Τοῦτο ὅλον ὁποῦ κρατῶ, καὶ σᾶς δίδω, εἶναι τὸ ἴδιόν μου κορμί. τὸ λοιπὸν ἂν τόσον ἐνεργᾷ, ὅσον σημαίνει, καὶ σημαίνει ὅλον, ἐνεργᾷ καὶ τὸ ὅλον. ἀλλὰ ἂν ἦτον κατὰ τὸν Λουτέρον ψωμὶ καὶ ζῶμα Χριστοῦ, δὲν ἤθελεν ἐνεργᾷ τὸ ὅλον, ὅτι ἔξω ἀπὸ τὸ

ὅλον

operari, quatenus significant, & quantum significant, non plus aut minus. Quod sane in sacramentis omnibus certum est. At voces illæ, Hoc est corpus meum, talem habent significationem, vt pronomen demonstratiuum, Hoc, indicet totum illud, quod ostendit. Et Christus eo pronomine vsus est, ostendens totum illud, quod manu tenebat. Per illud ergo pronomen significauit totum id, quod pane continebatur. Et quando dixit Est, &, Corpus meũ; totum id indicabat, quod hæ voces denotant. Ergo necesse est, vt verborum Christi sensus hic sit: Hoc totum, quod teneo, & vobis do, est ipsum met corpus meum. Cum igitur hic sermo tantum operetur, quantum significat; & significet totum, totum operatur. Quod si Lutherus verum diceret, sermo Christi non operaretur totum; quoniam præter totũ Christi corpus esset etiam aliud totum non significa-

tum

